A STUDY OF SOME OXFORD SCHOOLMEN OF THE MIDDLE OF THE FOURTEENTH CENTURY WITH SPECIAL REFERENCE TO WORCESTER CATHEDRAL MS.F.65

Thesis submitted for the Degree of B.Litt.

by

STEPHEN L. FORTE

St.Catherine's Society

==========

VOL.II

I. WORCESTER CATHEDRAL LIBRARY

MS.F.65

(ff. 1- 33)

List of questions in Worcester Cathedral Library MS. F.65

There is no table of contents in the manuscript, nor are the items numbered. The title of each item and other particulars regarding the type of questions and names of the disputants, whenever given in the manuscript, and also a reference to the folio, where the text is found, are here inserted. The authors of the anonymous questions which I have identified on other available evidence are placed in square brackets. An interrogation mark means that the authorship is very probable, though not absolutely certain.

(1) f.1r. Q/uestio/ S/olemnis/
Utrum angelus racione alicuius nature intrinsece sit localiter mobilis subito vel successive.

(2) f.1v. Re/d/elyf.
Conclusio prima in materia prophetiarum.
Prima:anima unita sue materie ad tantam distanciam precise multiplicatur ad quantam potest corpus suum actuare.....

(3) f.1v. Determinacio Hatton
Questio: Utrum Christus sua simpla morte nobis meruit duplam vitam.

(4) f.2r. R/esponsio/ S/olemnis/
Utrum mors hominis corporalis sit pena peccati originalis.

(5) f.2v. R/esponsio/ S/olemnis/
Questio est ista: Utrum angeli beati habeant noticiam contingencium futurorum.

(6) f.2v. Q/uestio/ S/olemnis/
Utrum Deus sit pene et premii prima causa.

(7) f.3r. Q/uestio/ S/olemnis/
Utrum ad omnem actum meritorium caritas requiratur.

(8) f.3v. Q/uestio/ S/olemnis/
Utrum voluntas racionalis creata pro statu vie sit contradictorie libera.

(9) f.4r.
Argumentum quod comicio Dei est immediata non abstractiva.

(10) f.4r.
Arguitur Christus /potest/incarnari,ergo potest desinere esse.

(11) f.4r.
Ponatur quod Petrus habeat graciam ut quattuor continuatam per horam, et Paulus habeat graciam infusam.....

(12) f.4v.
Conclusio: Aliquis potest transgredi preceptum divinum et non peccare mortaliter.....

(13) Conclusio: Iste homo non est in caritate nec unquam fuit in caritate, nec erit in homine illo alia disposicio quam illa ad graciam, et tamen merebitur premium eternum.....

(14) Conclusio: Aliquis est castus et tamen nulla castitatis virtus est in eo.....

(15) f.5r. Determinacio Trevelleys
Utrum prophecie et dicta sacre scripture de die iudici et adventu Antichristi sint vera et infallibiliter asserenda.

(16) f.6r. Botilston
Utrum anima beatissime Marie post incarnacionis in ea celebratum misterium meritorie magnificavit Deum.

(17) f.7r. Catton ?
Utrum quolibet suppositum nature humane videbit Verbum incarnatum Dei salutare.

(18) f.8r.
Utrum viator pro beneficio redempcionis suo domino, puta Christo servitute obligetur.

(19) f.8v.-9r. Redclyf
Primus articulus: Utrum sicud in homine ex eteromogeneis resultat forma una, sic ex compositis in mundo resultet una forma, que dicitur anima mundi.....
Secundus articulus est: Utrum Salvator pro statu vie mediante specie creata naturalem intuicionem divine essencie optinebat.
Respice plus in alia parte ad tale signum (f.10R-v.)

(20) f.9v. Questio Solemnis
Utrum Deus de nichilo aliquid possit producere.

(21) f.11r.
Contra ponentes quod Christus est propheta et non potest aliquid dubitare.

(22) f.11r.
Opinio quod caritas est quoddam meritum creature.

(23) f.11r.
Opinio: Omnis actus intellectus vel est actualis intelleccio, vel non est absque actu intelligendi.....

(24) f.11v. Determinacio Atton
Opinion Quod natura humana in Christo est persona

(25) f.11v. Contra Utredum
Replicacio eiusdem in materia clare visionis ubi dicitur quod nullus potest subito mori.

(26) f.12r. Atton
Utrum Verbum incarnatum per sacramentum penitentie deleat reatum culpe.

(27) f.12r.
Contra ponentes quod ex vi unionis non est anima Christi beata.....

(28) Item quod aliquod potest esse peccatum infinitum intensive quod Deus non potest per sacramenta remittere....

(29) Item quod sacramenta non mutuant penam eternam in temporalem.....

(30) f.13r. Determinacio Ade de Estone
Utrum Adam pro statu innocencie visionem habuit immediatam divine essencie.

(31) f.13v.
Utrum creature intellective voluncia cogi poterit ab obiecti apparencia.

(32) f.14r--17r. Exposicio Compendiosa Super Matheum.
Incipit ergo Matheus partem testimonialem scripture divine.. Ergo ipse est Christus nec alius est expectandus. Et sic patet Mathei processus.

(33) f.17v.
Utrum aliquod peccatum sit irremissibile in natura tantum.

(34) f.17v.
Utrum terra sit situata in medio a natura vel a divina voluntate.

(35) f.17v.
Utrum angelus et anima racionalis specifice distinguantur.

(36) f.17vb.
Utrum a primo parente seminaliter propagati peccato primo eiusdem fuerint viciati.

(37) f.18Ra.
Utrum in Deo sit presciencia futurorum contingencium.

(38) f.18rb.
Argumentum bonum: Deus independenter causat ergo creat....

(39) f.18rb.
Tempus est mensura duracionis angelorum eternitate exclusa.

(40) f.18rb.
Noticia est triplex,puta, principiorum et consequentis et evidentis probabilis.....

(41) f.18rb.
Arguitur quod omne ens requiritur ad beatitudinem P et cuiuscumque beati.

(42) f.18va.
Utrum Christus Dei Patris sapiencia iuste suis distribuat penas et premia.
<u>Probatur ad tale signum in alio quaterno</u> (f.21v)

(43) f.18va.
Utrum de Deo et substanciis separatis sit viatori possibilis cognicio naturalis.

(44) f.18vb.Conclusiones Tydishale in determinacione.
(Ten conclusions)

(54) f.18v.
Utrum in mente angeli inferioris alicuius rei noticia requiratur.

(55) f.19r. Conclusiones
Pater in divinis non est Filius, et tamen nec finite nec infinite distinguitur ab eodem.

(56) Etsi in divinis sint plures res, sumendo li plures pro multitudine, tamen in divinis tantum est una res,sumendo li plures comparative.

(57) Impossibile est una persona in divinis cognosci alia non cognita vel una frui non fruendo alia.

(58) Divina essencia que realiter et formaliter est tres persone, aliquo modo quo est distinguitur a Patre.

(59) Impossibile est creaturam peccare vel deficere et non puniri a simpliciter primo.

(60) Omnibus creaturis Deus est equaliter bonus.

(61) Essencia divina a tribus personis in divinis et a qualibet in eadem est indistincta.

(62) Aliqua duo distincta realiter ideptificari est impossibile absolute.....

(63) Conclusio: Angelus mediate vel immediate communicat de futuris menti prophete.....

(64) Conclusio: Etsi Deus potest facere presens quod non sit presens et futurum quod non sit futurum, non tamen quod preteritum sit simpliciter non preteritum....

(65) Conclusio: Pro primo peccato mortali quantumcumque modico maior pena debetur quam pro quolibet alio mortali ab eodem in culpa commisso.

(66) Conclusio: Si peccatum non obfuisset cognicio inellectiva a sensu ortum non habuisset.

(67) Omnis error vel pena infusa racionali creature est ex culpa mediante.

(68) Nulla creatura perfectius est beata si intelligit complexe complexa.

(69) Conclusio: Hic viator quocumque demonstrato per caracterem non est quale nec quid, sed ad aliquid.

(70) Conclusio: Post omnem composicionem, complexionem et discursum conceptu simplici apprehendimus Deum.

(71) Conclusio: Impossibile est proposicionem prime voluntarie veram esse medium inferendo conclusionem in forma syllogistica.

(72) Conclusio: Quidquid libere ad extra producit creata potencia, naturaliter producit increata essencia.

(73) Propter nullam auctoritatem autentice scripture est ponendum Deum ad actum voluntatis effective concurrere.

(74) Deus qui est indivisibiliter simplex, est naturaliter cognoscibilis a viatore, sed non quod sit trinus et unus.

(75) Conclusio: Non cuiuslibet creature essencia est suum esse...

(76) Secundum Magistrum Sentenciarum lib. II, dist. v, perfectum dicitur tripliciter.....

(77) Tonworthe
Item adnichilacio est maxima pena que potest esse.....

(78) Utrum peccatum primi parentis ad similitudinem sui creatoris facti a porta paradisi sit exclusivum....

(79) f.19v.
Questio: Utrum quelibet voluntas racionalis creature conformari debeat voluntati divine.....

(80) Opinio: Nulla sunt attributa in divinis sed attributa sunt solum conceptus correspondentes rebus in divinis.

(81) Item quis potest videre clare essenciam Dei non videndo aliquam creaturam relucentem in ea.....

(82) Utredus (in margin)
Utrum pro via et patria sit status hominis suis intrinsecis correspondens.....

(83) Conclusio: Etsi aliqua sit creatura creabilis a Deo quam non potest Deus in esse conservare, aliqua tamen potest ec creatura non plus ens quam illa data, quam non potest Deus adnichilare..... ..

(84) f.20r.
Questio: Utrum omnis lex Dei graciosa racionabilis sit et vera.....

(85) Conclusio: Pavi ? est in gracia et continue pro tempore vie erit in gracia et numquam dampnabitur.....

(86) Argumentum: ad probandum quod essencia incarnatur....

(87) Argumentum ad probandum quod voluntas alio a Deo potest frui.....

(88) Argumentum: Voluntas est libera respectu eorum que sunt ad finem ergo est libera respectu finis.....

(89) Utrum obiectum moveat voluntatem.....

(90) f.20va. Q/uestio/ Estone et R/esponsio/ Redeclif
Utrum Adam ex lege status innocencie visionem immediatam Dei essencie habuerat sicud natura angelica optinebat....

(91) Utrum ex creacione perpendatur plenum dominium solum....

(92) f.21ra. Questio disputata in vesperiis domini
Ade de Estone monachi Norwyci responsali
Nicholao Redelyf
Utrum omne votum recte factum Deo debite sit solvendum....

(93) f.21va.
Questio est ista: Utrum voluntas divina sit libera eque ad intra sicud ad extra.....

(94) Questio: Utrum Christus Dei Patris sapiencia iuste suis distribuit penas et premia.....
Alia responsio ad istam in alio quaterno ad tale signum ~~///~~ (f.18v)

(95) Alia responsio est cuius conclusio prima est: Christus.....

(96) f.22ra.
Utrum in memoria viatoris sit impressa species intelligibilis p rfectissime Trinitatis.....

(97) Conclusiones
In ordine universi nullius rei privacio essencialiter et per se est peccatum quovismodo.

(98) Creaturam racionalem esse in ordine universi sine peccato et sine gracia est possibile.

(99) Quam mala est mortalis culpa, tam bonus potest esse actus procedens ex gracia.

(100) Utrum creatura beata uno actu vel pluribus quietetur.....

(101) f.22Rb. Proposiciones Wyclif in determinacione sua
Prima: Deum esse probari potest per infallibilem demonstracionem a puro philosopho.
Secunda: Deus est tante bonitatis, perfeccionis et potencie quante aliquis sine formali repugnancia potest esse.
Tercia: Quamvis ex processu philosophi deduci potest Deum esse potencie infinite, processui suo tamen repugnat ipsum esse potencie infinite intensive.

(102) f.22va.
Utrum creatura magis teneatur Deo pro beneficio creacionis vel redempcionis.....

(103) Argumentum ad probandum quod creatura potest esse impeccabilis.....

(104) f.22v.
Argumentum contra necessitatem antecedentem.....

(105) Argumentum ad probandum quod creatura beata potest habere cognicionem abstractivam.....

(106) Utrum ad ymaginem Trinitatis increate a Deo temporaliter res aliqua extra exemplariter producitur.....

(107) Utrum in viatoris intellectiva memoria cuiuscumque rei intelligibilis sit species impressa.....

(108) f.22vb. [Nicholas Aston]
Utrum ad omnem accionem cause secunde coefficiencia prime cause necessario requiratur.....

(109) f.23vb.
Utrum sola voluntate absque omni alia racione Deus alios reprobet alios predestinet viatores.....

(110) f.24ra.
Utrum quelibet racionalis creatura teneatur solum id velle quod est volitum a voluntate divina.....

(111) f.24va.
Utrum dans pro ingressu religionis alicuius pecuniam comitt at symonie vicium, et eadem pecunia debeat sibi reddi.....

(112) Utrum ad personandum utramque naturam Christi sufficiat personalitas in creatum.....

(113) f.25ra.
Conclusio: Cum omni certitudine viatoris de proposicione potest viator dubitare an ista sit vera vel falsa....

(114) Opinio quddam est quod anima emanat et hoc phisice loquendo et non resultat de potencia materie, nec creatur....

(115) Conclusio: Anima Christi stante unione potest peccare....

(116) Argumentum contra necessitatem voluntatis in fruendo, ut ponit Conto (Cowton?).....

(117) Utrum necesse sit creaturam beatam de eternitate sua beatitudinis esse certam.....

(118) f.25v. Determinacio Magistri Willelmi Trevelleys
Conclusio primi articuli: Preter scienciam Christi que est ipse Deus, et preter scienciam in Verbo, habuit Christus scienciam aliam adquisitam in qua proficiebat....
Secundus articulus est: Utrum anima aliquid intelligat non cointelligente homine cuius est anima.....

(119) Alia determinacio eiusdem
Utrum necesse sit omnia assertive dicta a Johanne in Apocalypsi et aliis prophecilis in sacra scriptura esse, fore vel fuisse vera....

(120) f.26r. Determinacio Tydishale
Intellectus creatus per intuitum cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem, cognoscere potest quod obiectum est, de nullo tamen absoluto sibi extrinseco cercius quam per evidenciam fidei cognoscitur quid res est que sibi obiicitur.....

(121) f.27r. Determinacio Tydishale
Utrum quelibet creata noticia intellectualis sit proporcionata evidencie racionis.....

(122) f.33r.
Arguitur sic per Magistrum: estpredestinatus ergo est in gracia, est in gracia ergo est predestinatus....

(123) f.34r.
Utrum per obedienciam Christi fideles singuli iusti fiant. Quod non arguitur.... Expl.f.36ra: ad quartum negatur consequencia et similiter ad quintum negando consequenciam. Ad sextum patet iuxta premissa quod consequencia de virtute sermonis est neganda.

(124) f.36rb.
Utrum auctoritas absolvendi a peccatis in omnibus sacerdotibus sic est vel ? Quod sic arguitur....Expl.f.37rb. Ad tercium dicitur negando consequenciam, et ad probacionem negatur idem quod sine peccato etc., quia sic restringens nec presumeret temeraria presumpcione nec aliorum similium impediret quinnimmo pocius procuraret, finis est.

(126) f.37rb. Questio tercia.
Utrum veritas Christiane fidei per evidencias formales alicui pro statu vie quam eius contrarium possit ostendi... Expl.f. Ad raciones que sunt in oppositum conclusionis dicitur negando utriusque argumenti antecedens nec ibi suadentur.

(126) f.37vb. Questio quarta.
Utrum coactum iuramentum teneatur quilibet adimplere.... ...Expl.et dato quod conclusio illata esset vera adhuc non sequeretur pars affirmativa conclusionis.

(127) f.38va. Questio quinta
Utrum evidenter contra Iudeos poterit deduci per aliquod scriptum ab illis receptum et admissum Christum fuisse messiam in eorum lege promissum.....Expl.Item Agrippa ut recitat Beda super Actus Apostolorum in quadam concione victor Christi....et hoc multos Iudeorum sicud Raby Samuelem et alios convertit et hec de materia dicta questionis sufficiant.

(128) f.40
Utrum facere Dei ad producibilia ad extra ydemptice se extendat ....Exp. ad secundam dicitur quod consequens illatum de virtute sermonis est verum, utendo isto termino extendat transsubstantive,ut prius.

(129) f.40v.
Utrum peccatum maneat indimissum ubi restitutum non fuerit quod auferetur....Expl....quomodo intelligi debeant omnes auctoritates pro partibus conclusionis superius allegatis.

(130) f.41.
Utrum solum quinque figure in specie sint loci impletive... ....Expl....tamen communiter habitus de illa proposicione est falsus, ut patet ex premissis. Ad tercium enumerata quattuor etc.

/Nicholas Aston/

(131) f.43r[a]: Questio tractanda isto die est ista: Utrum veritatem increatam immediate et continginter ad extra producere fundamentum sit fidei christiane.....
Iuxta materias tactas in tribus articulis factis ad partem negativam questionis formo michi tres articulos.
Isto die pertractandus primus est iste: Utrum omnem veritatem creatam poterit veritas increata ypostatice sustentare.....(Oriel 202r)

(132) f.47ra: Secundus articulus tractandus est iste: Utrum inter necesse esse et impossibile esse mediat possibile esse.....expl.....qualitercumque poterit esse quare nunc non est, poterit incipere esse, ideo pro determinacione istius sit iste articulus. (Oriel 209)

(133) f.48vb. Utrum cuiuslibet preteritionis et futuritionis Deus sit causa.....ergo non sic est quod si hoc est animal est, vel si sic est quod si hoc est anima hoc est Deus. Consequens tamquam verissimum (Oriel 210)

(134) f.51rb. Utrum certe previsio divina futurorum contingencium sit ex predeterminacione voluntatis divine.....
ergo hec proposicio non est possibilis mundus non fuit. (Oriel,205v)

(135) f.52va. Articulus tractandus est iste: Utrum omne preteritum necessario sit preteritum....non plus isto die, magis clare dicam in fine septimi articuli de proposicione Aristotelis, puta, hoc solo privatur Deus etc. (Oriel 206v)

(136) f.53vb. Articulus tractandus est iste: Utrum privaciones et negaciones sint a Deo..... aliter fuit qualiter non est, sic respondebatur primo die. (Oriel 211v.)

(137) /Aston ?/
f.55vb. Ad rogatum cuiusdam socii reverendi tractabo istum articulum: Utrum aliqua sit distincio que nec est racionis nec realis.....si secundo modo non est per illud patet racio non ad dubium intelligens.

(138) /Aston ?/
f.57rb. Utrum voluntas data quocumque obiectum potest essencialiter declinare fidem in illud tendere..... pro declaracione istius questionis sit Deus tollit peccatum alicuius hominis sequitur ipsum hominem non peccare, nec peccasse quero istum articulum.

(139) f.58vb. Utrum positivum vel privativum formaliter opponatur peccato.....et quod Deus non statuit eum punire eternaliter pro peccatis suis.

(140) f.60ra. Circa probacionem illius questionis quilibet habet dubitare de socio suo numquid sit Antichristus quero istum articulum: Utrum Antichristus possit esse diabolus incarnatus.....ex contradiccionibus omnium conclusionum quas posuerunt socii mei primo die quando intraverunt ad sentencias est vera. (Oriel 214)

(141) /Aston ?/
f.61rb. Utrum beata virgo fuit concepta in originali peccato....beata Maria virgo fuit concepta in originali peccato ergo etc.

(142) f.61vb. Utrum diabolum esse sit naturali racione probabile.....quia unio accidentis et subiecti non est duo unita quia accidens non unum per se. (Oriel 204)

(143) f.63ra. Utrum universum sit totum in toto et totum in qualibet parte....Item doctores omnes tenent quod si in sacramento altaris sic est quod ibi est totum in toto et totum

/Richardus Fitzralph/ cf. MS.Oriel 15.

(144) f.63va. Utrum quilibet homo concupiscencialiter propagatus denominatur in peccato originali.

(145) Utrum quilibet homo habeat aliquid

(146) Utrum peccatum originale sit culpa.
.....(f.71va) et sic totum est verum sed prima responsio michi magis placet. Finis secundi libri.(Oriel f.102v).

(147) f.71va. Utrum in sacramento altaris sit totus Christus sub speciebus vini et panis.

(148) Utrum accidencia remanent.
.....(f.74rb) quod hostia consecrata frangitur ab agente naturali et condensatur per compressionem, scilicet, et incurvatur. (Oriel f.109v)

(149) f.74rb. Utrum sola Trinitate incommutabili sit fruendum.

(150) Utrum fruicio Dei sive beatitudo sit homini possibilis.

(151) Utrum aliquis beatus potest frui una persona non fruendo alia.

(152) Utrum voluntas libere libertate contradiccionis fruatur ultimo fine.
.....si primo modo falsum, dicunt tamen quod tunc non dixisset maximi doctores Grecorum, idem tamen.(Oriel f4v).

(153) f.79rb. Utrum beatitudo sit actus intellectus.

(154) Utrum voluntas sit potencia nobilior quam intellectus.

(155) Utrum delectacio sit ipsa voluccio.

(156) Utrum passiones intellectus et voluntatis distinguntur.

(157) Utrum gaudium sicut dilecio sit beatitudo.(Oriel f.10v.)

(158) f.85va. Utrum mens humana sit ymago Trinitatis.

(159) Utrum hec tria differant realiter.

(160) Utrum actualis cognicio distinguatur realiter a specie in memoria.

(161) Utrum voluccio et cognicio sint idem realiter.

(162) Utrum partes ymaginis create sint equales.
.....et hoc probatur argumentum et non plus, et hoc est verum. (Oriel f.17).

List of citations in Worcester Cath. Libr.MS.F.65

I. Biblical

Gen.,1,1 48
26-27 209
xiv,4 85
xlix,10 87

Num.,xxiv,17 74
xxx,9 24

Deut.,xviii,15,16,18 84

III Reg.,xii,11 182
xxii,15 182

Psalm.,xv,9,10 86
xvii,8 89
xxi,17,19 86
xliv,7,8,12 81
lxxi,10 74
lxxv,12 124
lxxxii,2 79
xc,11 75
cix,4 85

Sap.,xii,5 213

Isai.,ii,6 84
2 87
vi,9-10 79,83
vii,14 74
viii,16-18 76
ix,6 81
7 82
1,2 76
xi,3,4 80
1-10 73,75,87
5 76
xix,13 80
xxix,10,18 84
xxxv,4-6 77
xl,3 75
xlii,1-4 78,87
xlviii,16 81
l,6 86
liii,7,8,12 85
lx,1,3,6 74

Jer.,xi,11 86
xiv,8 79
xxii,5 73
xxxi,15 74
33 77
xxxii,15 76
31,32 77

Ezech.,xxxiv,23 79
xxxvii,22-25 73

Dan.,x,1 94
11-12 24
23 167

Osee,vi,3 86
x,12 76
xi,1 74
xii,14 86

Amos,ix,11 73

Mich.,v,2 74

Agg.,xi,24 73

Zach.,iv,7 73
viii,23 87
ix,9,10 83
11 86
17 85
xi,10 86

Malach.,i,10 87
iii,1 75

S.Matheus

Totum Evang., 72+88
xxii,36 24
xxv,34,41 129

S.Lucas

Evang.,xvii,22-27 22
xxiv,44 72
Act.Apost.,x,34 159
xvii,31 22

S.Johannes

Evang.,iv,25 76
ix,1-3 161
xvii,3 60
Apoc.,xxii,12 128
I Canon.,ii,18 24
iv,3 24

S.Marcus

Evang.,viii,31 81
xii,32 24

S.Paulus

Rom.,i,20 212
ii,5 128
v,12 10,92
ix,21 160
x,17 202
xi,5 128
I Cor.,i,24 128
xii,10-12 196

II. Patristic

S. Ambrosius
De Paradiso,
1,5 33
Exameron,
1,6 [illegible]
? 121
De Incarnationis Dominicae Sacramento,
vii, 17[illegible]
Expositio evangelica sec. Lucam,
vii, 22

S.Athanasius(Pseudo)
Symbolum Quicunque, 120

S.Augustinus
Confessiones,
xiii,15 167
De Civitate Dei,
xi,26 161
xii,26 31
xx,19 23
xxii,29 44
xxii,23 23
De diversis quaestionibus lxxxiii,
q.xii, 30
xxiv 91
lx 22
De Genesi ad litteram,
iv,29-32 67
31-37 120
31 179
32 211
xii,36 167
36 181
De libero arbitrio,
iii,6,7,[illegible] 161
De spiritu et littera,
vi, 41
x, 44
De Trinitate,
i,13 119
vii,2 120
ix,11,12 179
x,[illegible] 211
xiii,[illegible] 19
xv,12 175

Enarrationes in psalmos,
lxxv 124
lxxvi [illegible]
Enchiridion,
xvii, 57
lxxxix 43
ci 104
Epistulae,
xxviii 123
cxlvii 57
Sermones,
cxxxvi 161
Quest.Nov.et Vet. Test.,
i, 157
De immortalitate animae,
x 179

Pseudo Augustinus,
De fide ad Petrum, [illegible]
vide Fulgentius
Epistula xviii:Ad Cirillum 166

S.Basilius
Exameron,
i, 121

S.Clemens
Super Evangelia, 161

S.Johannes Damascenus
De fide orthodoxa,
iii,3 171

S.Gregorius Magnus
Epistulae,
xxix 82
Dialogi,
vi,[illegible] [illegible]
Homilia in evangelia,
xi 212
xxvi 200
Moralia,
xxxiv,3 24
xli,31 159

III. Ecclesiastical authors

S.Anselmus
Monologium,
lxviii,lxix 66
Cur Deus Homo,
i,20 137
16 159

Boethius
Super libr.Topic.Arist.,
i,1 127

Bradwardine,Doctor Profundus
De Causa Dei,
i,25 [illegible]

Egidius Romanus
Expositio super libr. de anima
ii,cap.de visu, 174

Decretales
lib.v,tit.iii:De Simonia,
cap.xi 163
xix 163,170
xxxiv 163
xl 163

Fitzralph,Armachanus
De Questionibus Armenorum
1,i-6 63
2-3 13/2
xi,27

De Pauperie Salvatoris
1,3,4,14 121

Gratianus
Decretum
Pars II:causa 14,v 163
17,iv 163
1,ii 163
iii 170
vii 170
i 170
i 170

Grossetesto
In lib.Poster.Arist.
i,14 179

Henricus Gandavensis
IV Quodlibet q.4 60

Hugo de S.Victore
De Sacramentis
vi,14 30,119
16 44
25 119

Johannes Andreae
Glossa Ord.in Clementinis
lib.v,tit,iii,c.iii,
Ad nostrum 32,130

Lombardus Petrus
Sententiarum
I,d.2 151,164
17 15
36 34
II,d.2 164
4 166
11 52
23 67
III,d.1 25
IV,i 11
15 162

Parisiensis
De vitiis et virtutibus
i,21 57
31 30

Prepositinus
Sententiarum
II, 33

Scotus
Sententiarum
I,d.2 150
29 151
41 159
II,d.37 153

IV. Secular Authors

Alacen
Perspectiva,
iii, 213
i, 216,217

Alkindi
Magica Naturalis 90

Aristoteles
De Anima
I, 197
II, 216
III, 2
Physicorum
I, 32,100
VIII 100
Metaphysicorum
I, 212
III, 46
XII, 100
XIII, 211

De Coelo et mundo 89
Topicorum
I, 195,197
201
Posteriorum
I, 201,216
II, 205

Averroes
De Anima
I,comm.14 160
II,comm.55 216
57 219
62-65 213
153 152
III,comm.18 161
19 179
20 179
31 132

Metaphysicorum III, 211

Avicenna

Metaphysicorum VIII 211

Martianus

Astrologie 90

Toloneus

Almagestie dist.1,cap.5 [illegible]

fol.1[I] Q[uestio] S[olemnis]

UTRUM ANGELUS RACIONE ALICUIUS NATURE INTRINSECE SIT LOCALITER MOBILIS DUBITO VEL SUCCESSIVE.

Suadetur quod non: nam nulla natura angelo intrinseca est mobilis, ergo nullius talis nature racione foret angelus mobilis localiter subito vel successive.

Secundo sic: natura angelica nullum habet nec habere potest locum terminativum sui motus, ergo non est localiter mobilis.

Tercio sic : si nature angelice foret motus, ille motus foret subitus et eciam successivus. Consequens minus verum, ergo questio.

AD Oppositum sic: quelibet natura creata libera non impedita potest libere se movere subito vel successive: talis est natura angelica, ergo.

Pro Responsione ponuntur tres conclusiones quarum prima est: Aliqua natura angelo intrinseca est mobilis et ad aliquod in potentia. Hec sic probatur: aliqua natura angelo intrinseca est creata, sed quelibet natura creata est huiusmodi, ergo.

Secunda Conclusio sit hec: quamvis angelus non sit in loco proprie, est tamen mobilis localiter successive. Huius conclusionis prima pars patet ex hoc quod solum quantum et dimensionatum est in loco proprie, ut habetur a Philosopho 4 Physicorum,Commento 34, ubi ponit

---

25 Averrhoes in Aristotelis Physicorum IV, Comm.34 per totum, fol.135, Ed.Venettis apud Iuntas 1574.

locum et locatum esse equalia, et per consequens quanta; et secunda pars probatur ex hoc quod angelus existens in certo loco determinato est in potencia ad alium, et per consequens localiter mobilis ad eumdem et hoc successive, cum non possit esse motus localis nisi successivus.

Tercia Conclusio est ista: Non si foret aliquis motus nature angelice ille foret subitus et eciam successivus.

Ista probatur sic: Non includit contradiccionem aliquem esse motum nature angelice, ergo.

Contra Primam arguitur:

Omnis natura angelo intrinseca est velle vel intelligere. Sed per nullam istarum est mobilis, ergo. Quia per idem foret Deus mobilis intrinsece et formaliter.

Si dicatur quod est in loco quia est finite et limitate virtutis, tunc sic: Deus non potest facere quin angelus sit finitus et limitate virtutis, ergo Deus non potest facere quin angelus sit in loco.

Item celum est finitum, et tamen non est loco.

Item si voluccio sit causa intrinseca motus cum omnem locum potest simul velle, sequitur quod ad omnem locum potest simul moveri. Consequens falsum.

Item si a natura intrinseca foret motus in angelo, cum a natura possunt omnes velle moveri ad eumdem locum, ergo simul possent esse in eodem loco, ergo et infiniti, et tunc non foret ordo quia a parte medii non foret resistencia.

Item sic: omnis actus voluntatis fit subito, et omnis motus angelo intrinsecus est actus voluntatis, ergo motus angeli est subitus et non successivus. Consequens contra secundam conclusionem. Antecedens probatur per Philosophum 3 De Anima, quod intellectus quando educet se de potencia et actu primo ad secundum intelligit subito, et voluntas est eque activa et taliter potest velle qualiter potest intellectus cognoscere, ergo si

---

31 Aristoteles, De Anima III,429 b,4-6.

dicatur quod actus voluntatis non fit subito, tunc sequitur quod angelus potest clare videre Deum pro primo instanti sui esse et tamen non amaret eum.

Item si voluntas non velit in instanti cum intelleccio prima fiat in instanti ad imperium voluntatis, sequitur quod intelleccio esset magis in potestate voluntatis quam ipsammet voluccio; item tunc sequitur quod angelus non posset mutari subito in loco nec Christus. Consequens falsum de Christo.

Item si foret successive mobilis tunc per possibile numquam desineret suus motus; et signo A angelum moventem successive versus B locum, et sint partes B loci C,D,E, et suppono quod A angelus velit sic regulare suum motum secundum ordinem parcium loci, hoc est quod prius velit se movere ad C partem quam ad D, et sic deinceps, et suppono quod sicud movetur versus primam partem sic semper subducatur secunda pars ad maximam distanciam ymaginabilem, et fluat continue sicud angelus insequitur, manente semper voluccione angeli equali quod equaliter velit moveri versus secundam partem sicud versus primam, tunc ille angelus movetur successive et non est impeditus nec per medium quod non resistit nec per aliud, et tamen numquam deveniet ad finem sui motus.

Patet per..c^{m}.....red^{o}..... ?

Item contra proba/cionem/ prin/ci/palem/; locus dicitur determinativus rei quia terminat dimensiones eiusdem: sed angelus non est dimensionatus intrinsece, ergo non est per locum terminabilis.

Item si angelus sit in loco vel est circumscriptive vel diffinitive. Non circumscriptive quia tunc extenderet latera loci; nec diffinitive quia etsi nullus locus esset, adhuc foret angelus in loco quia illud est diffinitive in loco cuius nihil est extra locum.

Item si potest esse in loco et in qualibet parte loci, videtur, quod possit esse in extremis non essendo in medio loci, et sic in duobus locis discontinuis, et sic quantumcumque distarent, sic quod unus locus esset in celo et

13. movere. MS. manere.

alius in terra posset esse in eis.

Item si posset moveri successive posset esse propinquum et distans et seorsum et deorsum que sunt differencie loci, et per consequens angelus posset esse subiectum differencie loci proprie dicti.

Item Philosophus sic arguit: Omne quod movetur successive prius pertransit spacium sibi equale quam spacium maius. Sed cum indivisibile non potest pertransire minus se, sequitur quod equale vel maius, ergo angelus pertransiendo spacium sibi equale puta indivisibile, pertransit totum continuum.

Item omnis successio in motu causatur a resistencia, sed cum in angelo nulla sit resistencia sequitur quod nulla sit successio.

Item sicud angelus movetur successive sic anima movetur successive in nova generacione et augmentacione. Consequens falsum, ergo per idem angelus a forciori.

Item principaliter: Si aliqua sit racio intrinseca motus angeli, aliqua est racio per idem intrinseca qua connoscit se esse mobilem subito vel successive ad locum; posito ergo quod moveatur et quod suspendat actum connicionis respectu sui motus, tunc probo quod continue movetur, quia continue est eque mobilis et non impeditur, nec requiritur quod cognoscat se moveri quia hoc non requiritur ad motum ergo continue movetur.

Item movetur et determinabit terminum sui motus et non impeditur, ergo continue movetur.

Item angelus a natura intrinseca movetur successive, et a nulla natura intrinseca vel extrinseca limitatur terminus sui motus illius nature angelo intrinsece quia non est aliquis terminus voluntatis nec intellectus nisi solus Deus, qui non est terminus localis, ergo si movetur continue movetur.

Item ad aliam partem: omne agens limitate virtutis requirit determinatam et limitatam approximacionem sui passi in quod

sufficit agere; sed cum angelus talis sit virtutis ut possit se movere, sequitur quod est dare maximum spacium et determinatum respectu sui motus: nam nullum videtur agens limitate virtutis cuius accio non possit impediri per minimam distanciam ad passum.

Item racio intrinseca formalis motus angeli est racio formalis loci limitati, sicud formalis racio motus gravis est formalis racio motus versus deorsum. Sed cum angelus sit formaliter mobilis sequitur quod looo limitato est formaliter mobilis.

Fol. Iv. Re/d/clyf

/2/ Conclusio prima in materia propheciarum.

Prima: Anima unita sue materie ad tantam distanciam precise multiplicatur ad quantam potest corpus suum actuare.

Probatur per hoc quod corpus animatum potest rarefieri et condensari.

Secunda sequitur ex ista: Anima extra corpus suum quod informat per aliquam distanciam multiplicatur.

Tercia conclusio: Anima intellectiva in loco in quo multiplicatur extra corpus suum habet noticias seu operaciones ita perfectas ceteris paribus, sicud si esset separata totaliter.

Quarta est ista: Anima totaliter separata non per sua vicia impedita, naturaliter et infallibiliter connoscit vel connoscere potest futura contingencia. Hec probatur sic: Anima talis nihil connoscit in proprio genere, et aliqua connoscit intuitive, ergo connoscit in Verbo, ergo infallibiliter.

Quod non connoscit in proprio genere patet, quia tunc sequitur quod talis anima foret informata infinitis actibus et speciebus specifice distinctis actualiter; et quod talis anima naturaliter intuetur omnia que intuetur, patet ex hoc quia anima coniuncta mere materialiter intuetur, sed idem visus et eadem virtus manet in separata, ergo. Item eodem visu conservat actum suum sicud producit, sed mere naturaliter producit, ergo.

Quinta conclusio est ista: Omnis connicio que inest anime intellective in loco in quo multiplicatur extra corpus suum potest sibi inesse in corpore quod informat.

Hec probatur quia nullum est impedimentum ex se nec ex parte corporis quia quodcumque tale potest Deus tollere, ideo dicit de prophetis quod corpore coniuncto impediuntur propter dependenciam naturalem qua dependet anima a corpore, ideo Deus infundit unam qualitatem supernaturalem qua disponitur quis ad propheciam que fit in visione et connicione; nam

visio potest fieri naturaliter per signa, sicud vidit Pharao et prophetavit. Alia est interpretacio signorum et sic prophetavit Daniel interpretans singna que ipse non vidit. Ultima et perfecta prophecia est videre singna et connoscere interpretacionem eorumdem.

/3/ Determinacio Hatton

Questio: Utrum Christus sua simpla morte nobis meruit duplam vitam.

Conclusio prima: Christus qui moriebatur in cruce non paciebatur mortem pro humano genere. Probatur quia non paciebatur mortem in instanti mortis, nec ante instans mortis, nec post instans mortis, ergo.

Secunda: Christus qui est homo non est angelus, et Christus non est homo. Hec est conclusio possibilis. Probatur hec et posito quid Filius non sit incarnatus et post incarnatur, tunc arguitur sic: Nullus Christus qui est homo est angelus, ergo Christus non est homo. Patet consequencia per oppositum et antecedens quia nullus Christus est.

Tercia: Etsi contingat Christum non esse Christum, tamen non contingit esse. Patet hec per sensus diversos.

Quarta: Etsi Adam fuit omnis homo qui fuit homo pro primo instanti quo ipse fuit, Adam tamen non fuit omnis homo pro primo instanti quo ipse primo fuit. Probatur pro primo instanti adsignato. Patet prima pars, secunda pars patet quia Christus fuit homo pro illo instanti.

Quinta: Licet per accidens Filius Dei sit homo, nihilominus per se et non per accidens Christus est homo. Prima pars patet satis. Secunda patet quia Christus est, et non potest non esse homo, ergo per se et non per accidens est homo.

Sexta: Possibile est viatorem esse Deo gratum absque gracia creata.

Septima: Nullus habitus ex sui natura reddit hominem Deo gratum nec si gracia coniuncta anime ipsam informet sequitur quod actus elicitus sit supernaturaliter bonus; unde supponit opinio quod habitus de se non gratificat sed solum acceptacio divina, que eciam gratificare potest et sine habitu qualicumque, nec gracia coniuncta anime reddit quemcumque actum supernaturaliter bonum nisi quem

informat in esse gracie et non qualitatis realis solum. Unde si per ymaginacionem forent infiniti actus indifferentes in anima illi non forent meritorii ad vitam eternam, quia non forent informati gracia in esse gracie, et ideo non essent supernaturaliter boni.

Octava: Quamvis de lege requiratur gracia creata ad hoc quod creatura sit Deo grata, nulla tamen gracia est respectus sed qualitas absoluta.

Nona: Actus viatoris de lege est supernaturaliter bonus quia procedit a gracia creata, absolute tamen est supernaturaliter bonus quia est Deo acceptus.

Decima: Non quilibet Judeus aut paganus aut christianus quicumque habet, habuit vel habebit tamquam remedium generale visionem claram divine essencie ante mortem.

.2 R[esponsio] S[olemnis]

J Utrum mors hominis corporalis sit pena peccati originalis.

Quod questio sit falsa arguitur per tria media.

Primo sic: Omnis homo per se et essencialiter,, et non solum per accidens est mortalis. Ergo subducto peccato primi parentis, non minus fuisset homo mortalis, cuius oppositum supponitur in questione. Ergo questio falsa.

Secundo sic: Nullum fuit primum peccatum hominis, et per consequens nullum fuit hominis peccatum originale.

Tercio sic: Si mors hominis corporalis fuisset homini inflicta tamquam pena pro peccato originali, illa fuisset iniuste inflicta. Ergo questio minus vera.

AD OPPOSITUM: est Apostolus ad Rom.5 cap.[v.12], dicens: 'Sicud per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransivit in quo omnes peccaverunt.'

Item dato quod primus parens non peccasset, anima eiusdem sufficiens donum habuisset super omnes vires inferiores et omnes partes suas. Ergo impedivisset quamlibet partem earumdem ne aliam corrumpet, ergo.

PRO RESPONSIONE ponuntur duo conclusiones.

Prima est: Accidentaliter pena peccati originalis est mors hominis corporalis. Nec ex hoc sequitur quod pena illa iniuste sit inflicta. Probatur hec: Nam non essencialiter est homo moralis vel mortalis, nec essencialiter mors hominis corporalis est pena peccati originalis, ergo.

Prima pars conclusionis. patet ex hoc quod cum Deus omnia iuste agat, ergo talem penam non iniuste infligat.

Secunda conclusio est hec: Aliquod fuit hominis primum peccatum.

Probatur: Aliquod fuit hominis peccatum, quo primo erat Deus offensus, nonnisi primum peccatum, ergo. Et dicitur ulterius quod nec essencialiter est homo mortalis, nec essencialiter est homo immortalis, sed essencialiter est

8 MS. Secundus

homo mortalis vel moralis destructo extremo. Nec valet consequencia quando arguitur essencialiter est homo mortalis vel immortalis, sed non essencialiter est immortalis, ergo essencialiter est mortalis, quia arguitur a proporcione de disiuncto extremo ad alteram partem disiunctive. Et ultra dicitur quod peccatum originale non infuit generaliter omnibus, sed solum propagatis secundum communem cursum nature, que fuit cum repugnancia membrorum legi mentis, secundum quod dicit Apostolus. Unde Beata Virgo non fuit contacta cum originali quia non fuit concepta nec propagata cum repugnancia membrorum legi mentis, nec prefuit fomes peccati, et ubi non prefuit fomes peccati non defuit iustitia originalis. Ergo in ea semper fuit iusticia originalis. Ergo numquam peccatum originale. Dicitur eciam quod Adam peccavit in clara sciencia, quia habuit claram scienciam quantum ad sibi essencialia, et tantum peccasse (sic) potuit Adam pro statu, quantum peccavit primus angelus, et tamen non irremediabiliter peccavit, nec homo nec angelus; immo dicitur quod angelus in clara sciencia potest intueri quattuor; quorum secundum sit minus malum vel minus bonum quam primum, et tercium quam secundum, et quartum quam tercium; et potest discurrere quod eligens minus bonum vel minus malum minus offendit quam eligens maius, et cum sit nature libere potest libere eligere et non peccare irremissibiliter, nisi elegerit simpliciter malum quod mullam racionem habet boni, quod est impossibile, nec potest angelus aliquid tale clare intueri.

fol.2v.

[5] R[esponsio] S[olemnis]

Questio est ista: Utrum angeli beati habeant noticiam contingencium futurorum. Et arguitur quod sic: Nam angeli beati clare vident essenciam divinam in qua equaliter sicud presencia relucent preterita et futura, ergo etc.

Item angeli beati habent omnium contingencium futurorum species sibi innatas et non impediuntur ab intuitu earumdem, ergo.

Tercio sic: Quilibet angelus bonus maiorem habet certitudinem de futuris contingentibus quam habuit vel habere potuit aliquis purus viator vel saltem equalem; sed multi puri viatores, ut sancti prophete habuerunt certam et infallibilem connicionem de futuris contingentibus que predixerunt, ergo questio vera. Ad oppositum arguitur sic: Si questio esset vera tunc contingencia futura necessario evenirent. Consequens falsum, ergo.

Item angelus lapsus non fuit prescius sui casus, sicud nec boni angeli sui status, ergo a multo forciori, nec sunt presci alicuius contingentis futuri.

Tercio sic: Angeli boni deputati ad custodiam hominum nesciunt illos fore salvandos vel dampnandos, et per consequens nec aliquod contingens futurum.

Pro responsione pono duas conclusiones.

Prima est: Angeli beati habent noticiam contingencium futurorum nec ex hoc sequitur illa futura necessario evenire.

Suadetur: Angeli beati clare vident in Deo contingencia futura, et solum sic vident in Deo ut precise contingencia, ergo non ut necessario eventura, ergo non ex hoc quod habent noticiam contingencium futurorum sequitur illa necessario evenire.

Secunda est hec: Angelus lapsus fuit prescius sui casus et angeli hominum custodes salvandos vel non salvandos prescire possunt sue custodie deputatos. Suadetur hec: Angelus lapsus fuit in clara sciencia in qua prescivit evidenciam sui lapsus certam et immediatam, ergo fuit prescius sui casus; quod est prima pars conclusionis. Item secunda patet ex hoc quod

angeli beati per aliquas causas propinquas et evidentes etsi non necessarias, prescIunt vel prescire possunt salvandos vel non salvandos sue custodie deputatos. Ergo etc. Per hec patet responsio.

fol.2v. Q[uestio] S[olemnis]

[6] Utrum Deus sit pene et premii prima causa.

Data questione sequitur quod predestinacionis et reprobacionis Deus foret prima causa. Consequens falsum. Ergo.

Secundo sequitur quod cuiuscumque effectus meritorii vel demeritorii producibilis a creatura Deus foret prima causa. Hoc eciam falsum. Ergo.

Tercio concluditur ex istis quod melior foret habitus virtutis quam actus eiusdem. Consequens suadebo falsum.

Ad oppositum: Cuiuscumque in ordine efficiencie producibilis Deus est prima causa, sed pena et premium in ordine efficiencie sunt producibilia. Ergo pene et premii Deus est prima causa.

Item creacionis angelorum in gracia Deus est prima causa, sed cum gracia sit aliquale premium, ergo premii Deus est prima causa. Consimiliter arguo de pena.

Pro responsione ad questionem et argumenta pono aliquas conclusiones; et primo pono aliquas distinciones de illo termino predestinacio et reprobacio, quia quedam est predestinacio activa, quedam passiva, et consimiliter de reprobatione. Predestinacio activa est Deus predestinans; predestinacio passiva est res predestinata; et consimiliter de reprobacione.

His suppositis sit hec conclusio prima:

Tam predestinacionis passive, quam reprobacionis, insuper et pene et premii creati, Deus est prima causa.

Suadetur: Cuiuslibet rei positive Deus est prima causa. Sed omnia predicta sunt res positive. Ergo.

Secunda est hec: Perfeccior est actus virtutis quam habitus eiusdem. Suadetur, quia omnis finis est perfeccior his que sunt ad finem. Sed actus est finis habitus. Ergo actus est perfeccior habitu.

Pol.3.

[7] Q[uestio] S[olemnis]

UTRUM AD OMNEM ACTUM MERITORIUM CARITAS REQUIRATUR

Arguitur quod non, quia data veritate sequitur viatorem in merendo sub caritate constitui. Consequens minus verum.

Secundo sequitur quod infinite perfeccionis posset esse aliquis actus meritorius viatoris.

Tercio sequitur quod aliquis actus inordinatus de lege posset esse ex caritate meritorius viatori.

Ad oppositum est Magister Sentent. lib. primo, dist. 17.

Pro responsione pono aliquas conclusiones, quarum prima est: Impossibile est quod aliquis actus viatoris sit meritorius nisi idem viator in caritate fuerit constitutus, et loquor de lege et merito vite eterne.

Probatur sic: quia impossibile est quod aliquis viator mereatur vitam eternam, nisi fuerit Deo carus. Sed impossibile est de lege aliquem esse Deo carum nisi in caritate [fuerit] constitutum. Ergo.

Secunda conclusio: Non infinite perfeccionis potest esse aliquis actus meritorius viatoris. Probatur: Nullus actus meritorius viatoris potest esse perfeccior actu beatifico anime Christi. Sed ille est solum finite perfeccionis, cum denominat suum subiectum finite perfectum solum, nec perfeccio sua in sua specie excedit perfeccionem sui subiecti in sua specie. Ergo etc. Antecedens patet, cum nullius meriti perfeccio excedit perfeccionem sui premii corrispondentis.

Tercia est hec: Aliquis actus inordinatus de lege potest esse meritorius ex caritate. Suadetur, quia denominacio meriti est accidentalis actui cuilibet. Ergo potest adesse et abesse manente eodem actu. Ergo si concumanti aliquem bonum actum de genere, superveniret caritas, ille actus inciperet esse meritorius postquam non fuit, quare etc.

Contra primum sequitur quod meritum a tali dependeret et non

---

5. esse MS.esset

nisi effective. Ergo.

Item nullus est actus meritorius qui nullo modo est in potestate voluntatis. Sed actum elicere in caritate non est in potestate voluntatis. Ergo.

Probatur assumptum, quia nec naturaliter nec libere.

Item sequitur hec conclusio: Quod aliquis est in peccato mortali et tamen est Deo carus, supposito quod Deus conservet denominacionem.

Item si solum ex caritate redditur aliquis acceptus Deo et denominatur carus, cum habitus malus tantum possit denominare, sequitur quod habitus malus eque denominabit viatorem esse aliquem esse Deo oditum, sicud caritas denominat eum esse carum, ut patet in aliquo qui consuevit malefacere. Ergo de lege stat aliquem esse Deo carum et oditum.

Item si talis forma que est qualitas inherens sit Deo accepta, aut hoc est propter bonitatem naturalem ipsius qualitatis, et tunc creatura racionalis, que ex se sine omni tali forma concreata est melior et perfeccior perfeccione naturali, multo magis foret Deo accepta quam illa; aut propter bonitatem moralem.

Sed contra: nunquam est perfeccio moralis, nisi talis que est aliquo modo in potestate habentis; sed talis qualitas non est in potestate creature, ergo.

Si dicatur quod dispositive est in potestate creature, contra: ista forma potest haberi sine omni disposicione previa, sicud est in parvulis. Ergo tunc nullam bonitatem moralem habet. Ergo si propter bonitatem aliquam acceptetur a Deo, hoc est propter bonitatem mere naturalem.

Item aut Deus de lege potest adnullare caritatem in anima aut non. Si non, ergo de lege caritas non dependet a Deo. Si sic, ergo eadem racione potest eam non acceptare, vel si non, Deus necessario acceptat et conservat, et tunc necessario ageret extra se.

Item caritas semel habita non potest corrumpi, cum nulla sit accio naturalis nec solum libera in habitu supernaturali.

Contra secundam conclusionem arguitur, probo.

Caritas addita caritati non facit eam augmentare, quia caritas adveniens distinguitur. Ergo vel specie, vel numero. Non specie patet; nec numero, idem est subiectum utriusque.

Item caritas sic adveniens et unum constituens, aut est essenciale illi caritati et nature specifice cui advenit, vel accidentale. Si essenciale, ergo preexistens sine illo non esset per se in specie illa. Si accidentale, ergo non facit per se unum cum illo, ergo non augmentat.

Principaliter arguitur sic: Actus elicitus in maiori caritate magis est meritorius, cum ergo infinite perfeccionis foret actus elicitus ex ea. Probatur minor sic: In infinitum potest caritas augmentari et nonnisi in perfeccius in gradu. Ergo in infinitum potest perfici.

Item sic quelibet accio meritoria potest augmentare caritatem et infinite possunt esse acciones meritorie, ergo in infinitum potest caritas augeri et perfici.

Item si caritas potest augeri, ut posicio dicit, ergo eadem racione diminui; vel ergo per peccatum mortale vel veniale. Non per mortale quia totaliter corrumpit, nec per veniale, quia tunc tanta possent esse venialia, quod totam caritatem corrumperent.

Item nullus est maximus gradus caritati assignandus viatori adquiribilis, ergo infinitus potest esse aliquis.

Consequencia probatur: Cum caritas possit augeri, ut dicit posicio, et viator possit mereri usque in finem sue vite uniformiter et tunc infinitum premium corrisponderet; et quod nullus sit maximum gradus probatur, quia si sic, sit A gradus gradus maximus adquisitus in B instanti, tunc post B instans potest mereri et non illum gradum quam prius, ergo alium, ergo ille non est maximus.

Fol.3v. Q[uestio] S[olemnis]

[8] UTRUM VOLUNTAS RACIONALIS CREATA PRO STATU VIE SIT CONTRADICTORIE LIBERA

Suadetur quod non: Nam ex actuali noticia obiecti necessario sequitur voluccio eiusdem. Ergo respectu talis obiecti non est voluntas contradictorie libera.

Secundo sic: Voluntas creata necessario et non libere vult finem ultimum pro statu vie. Sed precise eadem potencia vult finem et media ad eumdem. Ergo voluntas creata necessario et non libere vult tam finem quam omnia media ad eumdem.

Tercio sic: Qualiscumque est determinacio sive habitacio appetitus bruti causata ab obiecto, talis et consimilis causatur ab obiecto limitato libertatis in voluntate racionali creata. Sed appetitus bruti sic limitatur, quod non est contradictorie liber. Ergo nec voluntas racionalis creata.

Ad oppositum arguitur sic: Illa potencia est contradictorie libera que, posito sibi effectu qualicumque proporcionato cum omnibus disposicionibus previis necessario requisitis, non necessario vult eumdem. Talis est voluntas racionalis creata. Ergo illa est contradictorie libera.

Pro responsione ponuntur tres conclusiones.

Prima est: Actualis noticia obiecti, quamvis clara, stat sine voluccione respectu eiusdem elicita. Hec sic probatur: Angeli lapsi clare videbant obiectum beatificum ante suum casum, non tamen elicuerunt actum voluccionis respectu eiusdem. Ergo.

Conclusio secunda sit hec:

Quamvis quilibet viator naturaliter velit suam beatitudinem non tamen quilibet talis vult omnia media ad eundem. Huius

conclusionis prima pars patet per beatum Augustinum 13 De Trinitate c.8, de magnis; et secunda pars patet de reprobis, qui nolunt vivere virtuose, nec volunt media difficilia esse media ad eandem beatitudinem, cuiusmodi sunt penitencia et continencia a voluptatibus et huiusmodi.

Tercia concluśio est hec: Nulla voluntas viatoris in accione sua est ab obiecto limitata sive necessitata. Hec sic probatur: Omnis accio voluntatis in viatore est meritoria vel demeritoria. Sed non sic foret si ipsa foret ab obiecto limitata, eo quod tunc precise naturaliter tenderet in obiectum suum sicud terra in centrum movetur. Ergo etc.

---

5 S.Augustinus, De Trinitate, lib.13, cap.8 (P.L.42,1022).

Fol.4.

/9/ ARGUMENTUM QUOD CONNICIO DEI EST IMMEDIATA NON ABSTRACTIVA Probatur quod visio intellectiva Dei est cercior,evidencior clarior, quam visio sensitiva qualiscumque creature viatoris. Sed visio viatoris sensitiva est immediata. Ergo. Ubi notatur quod si foret unum ut quattuor et intenderetur infinitum pro quanto intenderetur, esset magis intellectuale, eo quod intellectus est infatigabilis.

Item ponatur quod PE credat quod Dei Filius est creatura, et sit A ille actus, tunc A actus vel est corporalis, opinalis vel intellectualis. Non intellectualis, probatur quia nulla visio intellectualis est fallibilis. A actus est fallibilis. Ergo A actus non est visio intellectualis, et sic de ceteris.

/10/ ARGUITUR: CHRISTUS INCARNARI, ERGO POTEST DESINERE ESSE Forte negatur consequencia. Tunc sic: Ponatur quod PE videat Christum pro statu vie, et formet talem proposicionem, hic est; etiam videat Paulum et formet consimilem proposicionem, hic est, et incipiat ita Christus dimittere naturam assumptam. Tunc sic: Christus nunc est et nunquam post hoc erit. Ergo desinit esse. Confirmatur quia A proposicio que est in mente Petri signans quod hic est, demonstrato Christo, continue post hoc erit falsa. Ergo qualemcumque illa signat. Item sic subiectum utriusque proposicionis supponit pro obiecto eiusdem speciei. Sed subiectam supponit pro homine solum, ergo. Antecedens sic, quia subiecta utriusque signant secundum quod causatur a sensu, quia solum homo videtur.Ergo.

/11/ PONATUR QUOD PE HABEAT GRACIAM UT QUATTUOR CONTINUATAM per horam, et Pau habeat graciam infusam pro omni instanti illius hore ut quattuor semper de novo. Tunc Pau in fine illius hore /in/infinitum obligatur, et non continuanter, et Pe est sub equali gradu in omnibus, tam gratuitis, quam naturalibus. Ergo Pe /in/infinitum obligabitur.

Fol.4v.

/I2/ CONCLUSIO: ALIQUIS POTEST TRANSGREDI PRECEPTUM DIVINUM, ET NON PECCARE MORTALITER. Probatur: Ponatur quod Pe eliciat actum meritorium ut quattupr, et precipiat Deus PA quod eliciat actum eque perfectum et non minus perfectum, sub pena peccati mortalis, et eliciat PA actum minus perfectum. Tunc PA eliciendo actum illum minoris perfeccionis aliqualiter meretur, quia actus ille est meritorius, ergo non peccat mortaliter reduc, et tamen transgreditur preceptum.

/I3/ CONCLUSIO: ISTE HOMO NON EST IN CARITATE NEC UNQUAM fuit in caritate nec erit in homine illo alia disposicio quam illa ad graciam, et tamen merebitur premium eternum. Probatur: Ponatur quod A angelus ita creetur in gracia et continuet in gracia usque ad finem illius Hore et in fine hore assumat corpus humanum. Tunc ille homo merebitur premium eternum, quia iste qui erit homo etc. Ergo. Et antecedens patet et ponatur quod simus in medio instanti illius hore, tunc ille homo non est in caritate quia noh est homo et sic de aliis. Idem potest argui, quod iste homo non peccat, nec unquam peccavit, nec erit alia disposicio in isto homine quam ita est, et tamen iste homo dampnabitur, et ponatur casus post hoc addito quod in assumpto corpore peccet et sequitur conclusio.

/I4/ CONCLUSIO: ALIQUIS EST CASTUS ET TAMEN NULLA CASTITATIS virtus est in eo. Probatur de parvulo et eciam homine ita creato in puris naturalibus; tunc ille est castus, quia est virgo. Ergo; et tamen nulla virtus castitatis sibi inest, eo quod non habuit nec habet habitum ex operibus adquisitum, nec infusum, ut suppono. Sed contra, ille terminus castitas est per se predicabilis de virginitate et continencia viduali. Ergo si in aliquo sit virginitas et omnis virginitas est castitas, ergo sibi inest castitas.

Fol.5.

/15/ DETERMINACIO TREVELLEYS

Utrum prophecie et dicta sacre scripture de die judicii et adventu Antichristi sint vera et infallibiliter asserenda.

Arguitur quod sic: Illa sunt vera que de Spiritu Sancto loquebantur sancti, ergo.

Item de sciencia.

Item si dicta possunt esse falsa cum multi fuerunt salvati in tali fide sequitur etc.

Sed contra tunc sequitur ista contradiccio: dies judicii erit et ille dies non erit esse simul vera. Quod dies ille erit patet Act.17 /v.31/: 'Deus statuit diem' etc, et Lucas 17 /v.22-37/. Et quod non erit probatur: Quidquid erit et et qualicumque erit scitur a Christo qui est Deus et homo. Sed hoc non scitur a Christo, ergo.. Minor patet per hoc scripture: De die illo et hora nemo scit nec ipse Filius etc., concordat Ambrosius in originali. Hinc ponuntur responsiones quantum ad illum dictum Ambrosii quod Filium nescire est omnino quod non facit homines scire hoc. Sed tunc sequitur quod Pater non scit, quia non facit homines scire. Augustinus dicit quod ideo Filius nescit quia corpus Filii quod est Ecclesia non scit.

Sed contra sequitur si caput Ecclesie quod est Filius scit, ergo totum corpus scit, et si dicatur quod ille qui est caput Ecclesie non deberet hoc scire hoc est inconveniens. Ideo Gregorius dicit quod Filius novit sed non ex humanitate.

---

11. Act.17 MS.Act.18

17 Ambrosius, Opera Omnia, Tom.I, p.1775(ed.Migne.Paris 1845)

20 Augustinus, De Diversis Questionibus, q.60(P.L.40,48).

25 Gregorius Magnus, Epistolarum lib.X, epist.39(P.L.72,1097)

Contra: Christus secundum animam novit omnia in Verbo secundum Magistrum III Sent., dist.13. Ergo si novit secundum animam in Verbo, novit secundum humanitatem.

Item videtur Matheus in auctoritate quod 'nemo novit etc., intelligit Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et excipit solum Patrem, ergo Spiritus Sanctus non scit illum diem fore, et quod Spiritus Sanctus non novit futurum non erit, ergo dies ille non erit.

Item arguitur sic principaliter ex Scriptura: Est tempus determinatum illius diei et ex Scriptura non est dare, ergo. Prima pars probatur per Augustinum De Civitate /Dei/ lib.20, cap.19. Et est Apostolus cap.2, Secunde ad Thessalonicenses, ubi dicit quod 'nisi venerit dissensio etc., ex quo patet quod nisi venerit Antichristus non erit dies ille. Et de tempore determinato patet Apocalypsi et Danielis 12 et 11, ubi Daniel peciit angelum de dubitacione illius persecucionis, et quando esset finis, et respondit angelus quod per tempus et tempora et dimidium temporis etc', supra quo loquitur Augustinus 20 De Civitate /Dei/ cap.23.

Tunc arguitur sic: Prius veniet Antichristus ut celatur tamquam Deus quam veniet dies judicii, et immediate post illud erit dies judicii. Maior patet per auctoritates supra; minor probatur per Apostolum quia destinet eum Christus immediate post illa signa et consequenter postmortem Antichristi erit dies judicii, quia textus dicit quod tunc erit adventus Christi, et nonnisi ad judicium. Confirmatur quia illi qui pro tunc erunt possint connoscere et computare a tempore quo exhibebit se colendum tamquam Deum, et sic determinare diem illum judicii quia solum erunt tres anni et dimidius.

---

2. Lombard, III Sent., d.14, c.I.

11. Augustinus, De Civitate Dei, lib.20, c.19 (P.L.41, 685) (CSEL.40, pt.II, 472)

19. Ibidem, lib.20, c.23 (P.L.41, 694-696). (CSEL.40, pt.II, 489-90

Item Daniel 11 et 12 ubi sic dicit angelus: beatus est qui expectat etc. Super quo dicit Glossa Chrisostomi, Jeronimi et Ambrosii quod est tempus datum hominibus ad penitendum, ex quo sequitur quod est dari tempus determinatum immediate post quod erit dies judicii. Ita probatur alia pars ex Scriptura per illud Mathei 23 ⟨v.36⟩ et Marci 13 ⟨v.32⟩ quod de die illo etc.

Item Daniel 12 de diebus Noe et Loth.

Item illud tempus est elapsum et illud tempus non est elapsum ergo. Prima pars probatur prima canonica Johannis cap.2 ⟨v.18⟩ et 4 ⟨v.3⟩ubi dicit de Antichristo 'de quo audistis quando venit etc.

Item omnia illa signa que deberent precedere diem illum fuerunt verificata ante subversionem Jerusalem, ex quibus patet quod est elapsum. Sed quod non est elapsum arguitur: Nullus fuit Antichristus adhuc nec alicui competebat omnia illa signa, ergo. Antecedens patet per Gregorium 23 super illud egestas precedit faciem eius, ubi dicit quod ante adventum Antichristi erunt miracula ablata ab ecclesia sed hoc non contingit adhuc, ergo. Ex quibus etc.

Respondeo pro istis supponendo primo quod propheta proprie dictus sit ille qui secreta sibi a Deo supernaturaliter revelata et ab eo intellecta fine debito et debita intencione narrat ea. Malus propheta econtra.

Alia possunt(f) ex Scriptura Num.30 cap.⟨v.9⟩ maritus potest revocare votum ux⟨oris⟩ et fi⟨lii⟩ cum preiudicia illa propria debent supponere preiudicia Dei.

Item suppono quod triplex sit sciencia Christi: una que sit Ipsemet Deus, et alia quam habuit anima Christi in Verbo, et tercia quam habuit per exercicium et operacionem sensuum. Tunc sit hec conclusio prima: Preter scienciam Christus que Deus est et preter scienciam quam habuit in Verbo Christus adquisivit aliud genus sciencie successive per exercicium de rebus in genere proprio.

---

17. Gregorius, Moralium lib.34, c.3(P.L.76,721).

Secunda est: Per primam scienciam et secundam Christus scivit diem judicii finalis non tamen scivit hoc sciencia experimentali;

Tercia conclusio: Ex nullo dicto Scripture potest efficaciter deduci per quantum distat dies finalis judicii.

Quarta conclusio: Ex coniectura verisimili potest per dicta sanctorum et scripture deduci quod statim post quadraginta quinque dies post mortem Antichristi erit dies finalis judicii.

Quinta conclusio: Multi heretici et ecclesie persecutores quos Scriptura vocat Antichristos precesserunt, tamen Antichristus de quo scriptura Apostolorum et Paulus et Daniel loquitur aut nunc est aut est futurus.

Sexta conclusio: Prophecia et dicta Sacre Scripture de die judicii et adventu Antichristi sunt vera et infallibiliter asserenda

---

12-13 MS. Apo et Pau et Da.

Fol.6

BOTILSTON

[16] UTRUM ANIMA BEATISSIME MARIE POST INCARNACIONIS IN EA CELEBRATUM MISTERIUM MERITORIE MAGNIFICAVIT DEUM

Arguitur quod non:

Nulla est, nec fuit beatissima Maria, ergo nec anima Marie.

Secundo: Nullum erat in ea incarnacionis misterium.

Tercio: Maria non magnificavit meritorie Deum, nec antecedenter, nec libere contradictorie. Ergo.

Ad oppositum satis est Scriptura.

Ideo pro responsione sit hec conclusio prima:

Aliqua est et fuit anima beate Marie. Probatur quia aliqua fuit Maria.

Secunda conclusio: Non omnes qui sunt aut fuerunt, sunt aut fuerunt equaliter beati. Hec patet per Magistrum, Secundo, Dist,42.

Tercia conclusio: Tanta est securitas beatitudinis quanta ad constitucionem beatitudinis requiritur.

Quarta conclusio: In Maria erat celebratum incarnacionis misterium.

Quinta conclusio: Maria magnificando Deum libere contradictorie merebatur.

Sexta conclusio: Anima beate Marie post incarnacionis misterium meritorie magnificavit Deum.

Contra primam arguitur: Nulla est anima beate Marie,ergo. Antecedens sic: Nulla anima Marie beatificatur nisi in obiecto summo simplici, sed non beatificatur intellectuali obiecto. Ergo. Antecedens sic: et ponatur quod anima Marie non sequestretur in patria a iudicio suo naturali, et operacione sua naturali; hinc dicitur quod nulla anima beata est sequestrata in patria a iudicio suo naturali vel operacione. Tunc sic: Anima beata clare intuendo, videt quod essencia non generatur, sed persona, et non habet unde distingueretur, nisi per differenciam a parte rei vel essencia. Ergo in essencia est realis distincio.

---

14. Locum non inveni. CITATIO ERRONEA.

Dicitur quod potest distinguere sine differencia reali. Contra, persona potest causare racionem quidditativam sui in anima beata et sic potest essencia causare quidditativam sui racionem. Tunc queritur si eadem est racio essencie et persone. Dicitur quod in Deo non est racio quidditativa. Item principaliter: Conceptus adequatus persone est relativus, et conceptus adequatus essencie est absolutus. Ergo differencia est ex parte rei, qua unus conceptus essencialiter et alius relative pertinet.

Item arguitur, quod est signare conceptum quidditativum Dei quod inanetur, et arguitur sic: Aliquis potest esse conceptus qui nihil signat nisi Deum, et talis conceptus si proprie et adequate sign/ific/aret, foret quidditativus. Ergo. Confirmatur, quia aliquis est conceptus angeli intuitivus divine essencie non terminatus ad aliquid abstractive nec obiective, nisi ad essenciam divinam; et ille non est nisi conceptus Dei quidditativus. Ergo.

Item respectu cuiuscumque est assignare conceptum connotativum et respectivum, contingit assignare quidditativum. Sed respectu Dei est assignare conceptus connotativos et respectivos, ergo et quidditativos. Antecedens sic: Quia connotativus et respectivus conceptus terminatur ad aliquem alium conceptum, vel ergo quidditativum vel alium; non ad alium, quia sic esset procedere /in/infinitum, ergo est devenire ultime ad quidditativum.

In alia materia queritur: Utrum gracia gratumfaciens Marie sit eiusdem speciei cum gracia gratumfaciente alterius beati vel non.

Dicitur quod sic: Tunc primo suppono quod quodlibet individuum alicuius speciei sit eque perfectum sicud aliquod eiusdem speciei. Conceditur; tunc sequitur quod beata Maria vel

---

24. In infinitum MS. infinitum

et beatus Petrus sunt eque perfecti, quia essencialia sunt eque perfecta, et accidentalia consequencia essenciam, sunt eque perfecta, quia species graciarum et omnia accidencia sunt eque perfecta. Ergo resultans erit eque perfectum.

Item Maria habuit plenitudinem gracie, ergo non potuit mereri.

Antecedens sic: quia non potuit habere maiorem perfeccionem essencialem, nec accidentalem, quia quelibet perfeccio essencialis vel accidentalis adquiribilis esset per graciam, et Maria fuit plena gracia. Ergo.

Item Maria fuit perfeccior alia Maria. Ergo sua obligacio maior. Probatur, quia quanto plus recepit, tanto maius obligatur.

Item arguitur contra illud dictum, quod omnia individua sunt essencialiter eque perfecta in eadem specie. Contra: Signo caritatem, tunc hec caritas est intensive dupla ad eius medietatem essencialiter et sua medietas in eadem specie non est eque perfecta. Ergo.

Item ponatur quod anima sit ita grata gracia gratumfaciente et incipiat esse beata per remocionem de presenti et positionem de futuro. Stude.

Item arguitur: Quelibet anima est eque capax, ergo equalis beatitudo saciat beatam. Ergo sint equaliter beati subiective et obiective; hinc dicitur quod capacitas anime est naturalis in via. Sed in patria est supernaturalis, et Deus confert inequaliter.

Contra: Tanta est capacitas in patria sicud in via. Sed in via est respectu boni summi subiective et obiective, ergo sic in patria, ergo subiective et obiective beatitudo est equalis.

Item quelibet tante est beata quante Deo grata, sed omnes beati equaliter sunt Deo grati, ergo equaliter sunt beati.

Antecedens sic: Tanta est gracia gratumfaciens in quolibet beato sicud in Matre Christi. Sed in Maria est tanta gracia quanta est possibilis, ergo.

Fol. 6

Item in alia materia arguitur: Filius Dei est incarnatus, ergo pater necessario agit ad extra. Negatur consequencia, quia (?) sequitur illa posicio: Deus vult incarnacionem esse et qualitercumque nunc vult, posset eternaliter velle, ergo potuit eternaliter velle ita Filium incarnari.

Item contra illud: Christus incarnatus, est perfectus homo et compositus; tunc sequitur quod corpus, quantum longum, latum et profundum est in angelo et in anima viatoris, quia Christus

Item sequitur quod duo corpora generis propinqui plus differunt quam aliqua duo creata de mundo.

Probatur, quia Christus, qui est Deus, et corpus quod est natura assumpta, infinite differunt.

Fol.7

[17] [Atton ?]

UTRUM QUODLIBET SUPPOSITUM NATURE HUMANE VIDEBIT VERBUM INCARNATUM DEI SALUTARE.

Quod sic arguitur: Videbit omnis caro salutare Dei, ergo,

Item per Magistrum 2 libro, dist.xliiii.

Solet hic dici et specialiter per Utredum quod quilibet habebit visionem claram de lege communi, que lex non est restringenda ad legem ecclesie sed est generalis ad omnem legem competentem homini prout est homo; et arguitur contra responsiones, et arguitur de ecclesia et eius opinione in necessariis ad salutem.

Item contra exemplum in posicione huius nominis persona ponitur aliquid novum in re, sed opinio nedum ponit novum nomen sed novam rem, ergo non solvit.

Item parvuli qui descedunt in utero materno non adherent, ergo non omnes ante mortem habent adhesionem.

Item ad illud Parisiensis De Viciis et Virtutibus cap.xxxi, dicitur quod anima sic abstracta non habet usum corporalem. Ex ista sequitur quod nullus decolatus nec comburendus senciet penam mortis quia in exstasi est suspensus a sensibus, ergo per morulam ante mortem et in instanti mortis est in exstasi, ergo non senciet penam, et sic arguitur de omni homine simpliciter.

Item oculus non sufficit videre nec adherere, et sic est de oculo spirituali, ergo non solvet per hoc quod oculus turbatus non adheret, quia B.... (?) loquitur de utroque; et confirmatur per Augustinum 83 Quest., q.xii.

Item contra signetur unum bonum respectu cuius tolli non potest appetitus naturalis quale est summum.

---

5. Locum non inveni. CITATTO ERRONEA.

17. Locum non inveni.

25. S.Augustinus, De Diversis Questionibus, lib.I,q.xii, (P.L.40,14)

Item Augustinus xii De Civitate ⌈Dei⌋ cap.xvii,sicud nemo est qui esse nolit, sic nemo est qui esse beatus nolit.' Hinc dicitur quod etsi maior sit appetitus boni quam sint impediti per labem peccati, tamen prosequi est liberum.

Item contra illud de eleccione boni et apparentis, dicitur quod omissio boni est peccatum ultimum.

Contra: Nullus quantumcumumque ductus passione et a forciori ductus racione omittit nisi habeat racionem sic omittendi, et quia non habet racionem omittendi, ergo.

Confirmatur quia illud motivum vel racio omittendi consurgeret ab eleccione boni vel apparentis boni, sed in summo bono non est racio fuge vel omissionis, ergo.

Confirmatur: P videns Deum videt sicud est, ergo non est racio fuge vel apparenter vel estimative.

Item arguitur quod peccata non difficultant.

Contra: Talia solum difficultant ad eligendum et non impossibilitant simpliciter ad eligendum, ergo.

Item signentur peccata que difficultant hominem, tunc talia non impediunt ne homo diligat Deum super omnia, et ne conteratur ergo a forciori non impediunt ne possint eligere quod diligunt super omnia.

Item eque gravia peccata sicud erant illa commissa in clara visione non impediunt ergo nec illa.

Item ubicumque aliquis iudicat de duobus obiectis stante iudicio illorum neutrum omittit nisi appareat alterum esse omittendum, sed sic non potest esse de bono summo, ergo.

Item quod peccatum omissionis est commissionis, quia peccatum commissum in clara visione est irremediabile, et tale est peccatum commissionis, ergo non est peccatum omissionis.

Item quod hec opinio repugnat philosophie naturali et canonibus et statutis ecclesie et sancionibus theologie et

---

17. simpliciter. MS. s $\overline{\text{i}}$ p L $\overline{\text{i}}$.

---

1. S.Augustinus, De Civitate Dei, lib.xi,q.26(P.L.41,340). (CSEL. 40 pt.I,551)

sacre scripture.

Primum sic: Omnis cognicio adquisita de Deo mediante sensu et ymaginacione est obscura et enigmatica, sed talis est cognicio creata, ergo.

Item per Philosophum 3 De Anima, et Primo Phys. De cognicione sensitiva; nec valet dicere quod hoc est verum ante cognicionem claram, quia Philosophus non demisisset hoc imperfectum, quia ista est hominis ut est homo, ergo Philosophus hoc tractasset.

Et contra secundum: Per Glossam Ordinariam in Clementinis de Hereticis Ad Nostrum, ubi dicitur 'quod nullus ellevetur ad Dei visionem nisi totaliter moriatur vel nisi abstrahatur a sensibus corporis'; sed dicere quod hoc posser fieri ex potencia Dei catholicum est, et alias non, ergo non est catholicum.

Item xxiiii q. hoc probatur ? quod in petra motus ponitur ut Dei faciem contempletur; ex quo patet quod nullus cognoscit Deum nisi habeat solempnitatem catholicam, videlicet fidem, ergo paganus non habebit vitam illam.

Et Dist. xxiii Cum istis, ubi agitur de lippo et ceco.

Item hec opinio auget penam dampnandorum et diminuit gloriam salvandorum. Et signo salvandum et bene eligat tunc sic: Minoris meriti est adherere Deo clare ostenso quam non clare ostenso, sed lex ecclesie communis ponit quod boni adherebunt solum per dileccionem Deo non clare ostenso, ergo.

Et de dampnandis arguitur ex opposito quia maioris demeriti est non eligere Deo clare ostenso quam non clare ostenso, ergo.

Item quilibet talis omittit eligere et sciet se pro tunc obligari ad eligendum ergo peccabit dupliciter.

Item sequitur quod quilibet christianus quantumcumque male agat si peniteat non habebit penam in purgatorio; et signo

---

5. Aristoteles, Physicorum I,184a, 10-26.
10. Joannes Andreas Glossa Ordinaria in Clementinis, Lib. V., tit. III, c. III Ad Nostrum (Ed. Venetiis 1660).
16. Locum non inveni. Difficilis lectio.
20. " " "

paganum et diligat Deum et eligat esse cum Deo tunc sic: Si talis paganus foret baptizatus pro morula visionis fluminis statim evolaret sed tante efficacie est baptismus flaminis ergo statim evolaret, sed tante efficacie est visio cuicumque christiano ad relaxationem pene et culpe, ergo non foret pena in purgatorio.

Confirmatur quia equale beneficium est christiano etc.

Item in materia quod lignum fuit prohibitum quia malum et quia inconveniens ad esum, contra per processum beati Ambrosii post principium, ubi sic: Natura omnibus quendam timorem incutit, ubi explicat de primo homine primo quod fugeret malum sibi sicud hoc habent bruta, puta agnus et alia animalia.

Item idem de paradiso modicum ante medium.

Item de isto est dominus Prepositinus Secundo Sententiarum.

---

10. Ambrosius, Opera Omnia, Tom.I.,De Paradiso,lib.I,cap.V, p.287.(Ed.Migne 1845) (CSEL.32,267-8)

Fol.8

/18/ UTRUM VIATOR PRO BENEFICIO REDEMPCIONIS SUO DOMINO, PUTA CHRISTO, SERVITUTE OBLIGETUR

Probatur quod non, quia aliquis est viator, cui non proficit beneficium redempcionis, nec beneficium redempcionis est sibi beneficium aliquale, ergo pro illo non obligatur.

Antecedens patet de Saraceno et puro philosopho solum naturalibus intenti, qui non salvantur.

Item Abraham et aliis patribus antiquis non profuit redempcio eo quod fuerunt ante collacionem illius beneficii.

Item prescito vel reprobato existenti in gracia non profuit tale beneficium, et precise ad tantum obligat ad quantum proficit, ergo non obligat.

Item peccanti in Spiritum Sanctum non est beneficium redempcionis. Argo.

Ad primum dicitur negando consequenciam, quia etsi beneficium redempcionis non proficiat certo viatori, hoc non arguit defectum ex parte beneficii, sed negligencia viatoris nolentis uti illo beneficio.

Alia responsio est, quod beneficium est aliud subiective informacionis, aliud subiective denominacionis, et aliud obiective denominacionis; unde potest esse quod beneficium denominet viatorem reprobatum, quamvis numquam informet eum subiective.

Ad aliud negatur antecedens, quia sancti patres habuerunt potenciam in propinquo, unde erant per beneficium redempcionis Deo gratificabiles obiective, subiective et denominative.

Ad tercium (queritur conclusio et) dicitur, quod demones et reprobi obligantur ad diligendum Deum; et negatur, quod est impossibile sic diligere Deum. Sed per tempus vere fuerunt obligati, a quo non possunt deobligari.

---

29. obligantur. MS. obligant.

Ad aliud de peccato in Spiritum Sanctum dicitur quod peccatum est irremisibile tripliciter: puta, negative, a quo removetur omnis potencia remissionis, quale est peccatum demonum.

Alio modo privative, quod caret omni dignitate ad remissionem sui, et tale est peccatum mortale.

Tercio modo contrarie, quod sic disponit potenciam, quod sibi repugnet omnis remissio, et tale est peccatum in Spiritum Sanctum.

Unde sex sunt principia remissionis peccati, duo a parte Dei videlicet, spes divine misericordie, et timor divine iusticie.

Item duo a parte donorum Dei, puta, gracia divina et cognicio veritatis.

Item duo ex parte peccati, videlicet, turpitudo sceleris commissi, et brevitas delectandi in eodem.

Unde ista sex repugnant sex condicionibus oppositis que sunt circumstancie requisite peccati in Spiritum Sanctum, et ista sex sunt principia propinqua disponencia hominem ad remissionem sui peccati.

Fol.8v. RE/D/CLYF

/19/ Primus articulus: Utrum sicud in homine ex eteromogeneis resultat forma una, sic ex compositis in mundo resultet una forma, que dicitur anima mundi.

Videtur quod non, quia omnis forma producta ex eteromogeneis est educta de potencia materie. Sed talis non est forma mundi cum sit perfeccior, ergo.

Hinc dicitur negando assumptum, quia forma educitur de potencia materie, nisi quando agens ex econtrario concurrit cum materia causando. Sed Deus non ex econtrario concurrit, quia accio Dei precedit et prevenit omnem causam efficientem et materialem; et dicit opinio quod virtus celestis composita ex eteromogeneis, diversimode afficitur secundum materias componencium, et secundum diversos affectus, diversa producit, sicud homo secundum diversos affectus diversimode disponitur et agit.

Secundus articulus est: Utrum Salvator pro statu vie mediante specie creata naturalem intuicionem divine essencie optinebat.

Arguitur quod non: Omnis intuicio divine essencie mediante specie creata est fallibilis, talem non habuit Salvator, quia non falletur, ergo.

Assumptum patet per hoc quod omnis intuicio per speciem creatam potest uniformiter terminare subducta divina essencia quod terminet obiective, ergo est fallibilis. Nam actus posset manere subducto obiecto, et tunc equaliter certificaret sicud prius, et tunc induceret fallaciam, et talis non fuit in Salvatore, patet per Augustinum.

Item sic: Nulla species in anima Salvatoris erit ininfinitum

---

3. eteromogeneis. MS. etromogeneis

21. Salvator. MS. Sal.

perfecta. Sed intuicio divine essencie est ininfinitum perfecta. Ergo ista non erit in anima Salvatoris pro statu vie.

Antecedens patet, omnis species naturalis aut est adquisita ab obiectis, aut indita a natura. Sed qualiscumque ponatur species, illa erit infinita, et tales et consimiles erant vel esse possent naturaliter in aliis viatoribus.

Ita arguitur quod illa erit ininfinitum perfecta: nam vidit omnem speciem intelligibilem et ymaginabilem relucentem in divina essencia, et talis aliqua est ininfinitum perfecta, et tunc sequitur quod cum Adam in statu innocencie habuit intuicionem divine essencie, ergo visio sua fuit ininfinitum perfecta. Consequens falsum, eo quod talis visio includeret species omnium intelligibilium et ymaginabilium, et nulla talis sit.

Item sic: intuicio Salvatoris vel est beatifica vel non. Si primo modo cum beatifica visio sit supernaturalis, illa non est pro statu vie, nec est species creata. Si non, cum aliqua sit intuicio Christi beatifica, aut alia est eque intensa cum alia beatifica vel non. Si sic, habetur propositum. Si non, contra, omnis Christi intuicio ad idem terminatur. Ergo si una sit beatifica, ergo et alia.

Item omnis intuicio Christi est una, quia superfluum foret facere plures intuiciones, quia non demominatur perfeccius intuens per duas intuiciones, quam per unam.

Fol.9 Item quecumque species, que /// naturaliter inest Christo, inesse potest alteri viatori. Sed talis signat Christo divinam essenciam. Ergo talis potest signare alteri divinam essenciam, et hoc naturaliter.

Confirmatur: Nam ponatur quod principia naturaliter cognitiva in Petro sint eque perfecta sicud principia naturaliter connitiva in Christo, tunc sequitur istis paribus, quod Pe/trus/ potest naturaliter in connicionem divinam, sicud Christus.

Consequens falsum.

---

12. ergo. MS. quod

Ad oppositum arguitur per Philosophum, eo quod manifestissimum principium, subducta naturali infirmitate, esset a nobis cognoscibile. Sed in Christo nulla erat naturalis infirmitas, Ergo.

Item quilibet desiderat intuicionem divine essencie naturaliter, et tale desiderium non est ociosum. Ergo intuicio talis est nobis naturalis. Sed in Christo non erant principia obligata. Ergo tale desiderium infuit sibi naturaliter.

Item Christus pro statu vie habuit equalem noticiam, sicud primus parens ante lapsum optinebat. Sed intuicionem divine essencie habuit primus parens, quod omnem dubitacionem circa divinum obiectum excludebat. Iccirco fuit intuicio perfecta. Ergo et illa fuit naturalis sibi.

Patet per Hugonem, Primo De Sacramentis, c° xii; ex quo concluditur quod cum Christus habuit equalem vel perfecciorem intuicionem quam Adam, ergo item anima Salvatoris pro statu vie erat eque perfecta, quam perfecta est anima separata, quia nihil habet illa anima imperficiens se. Sed suppreme perfeccio anime separate est intuicio divine essencia, ergo.

Item omnis via cognicionis naturalis procedit a noticia immediata. Ergo supprema perfeccio anime separate est noticia immediata divine essencie.

Pro ista materia ponuntur octo conclusiones, quarum prima est Primus parens pro statu innocencie nullam naturalem directam intuicionem divine essencie optinebat.

Declaratur: Quando intellectus intelligit patrem per illum conceptum pater, tunc intelligit patrem directe et terminum relacionis indirecte, puta, filium.

Item sicud species in mente sortitur noticia a rebus, ita divina essencia sortitur pro quante est ydea diversa, diversimode representans, pro eo quod divina essencia potest terminare intuicionem pro quanto est ydea rerum et talis intuicio est directa, quando, scilicet, terminat terminos pro

16. Statu. MS. sta.
14. Hugo, De Sacramentis, lib. I, pars VI, cap. xiv. (P.L. 176, 271).

specie absoluta, ut est homo, animal; alia est intuicio respectiva pro quanto divina essencia terminat obiective pro quanto ipsa est ydea respectiva rei, sicud pater videtur directe, et indirecte filius.

Item intuicio directa Verbi est talis, quando divina essencia terminat obiective pro quanto ipsa solum est ydea Verbi, et sic videtur Verbum directe, et creatura in Verbo indirecte; et econtra si terminet obiective pro quanto est solum ydea creature.

Ita probatur conclusio: Omnis intuicio directa divine essencie est facialis intuicio, sed nulla talis est naturalis, ergo. Forte dicitur quod anime separate non impedite habent duplicem intuicionem, unam naturalem, aliam supernaturalem. Sed in primo parente non fuit impedimentum, sicud nec in anima separata; ideo primus parens habuit intuicionem facialem, ergo vidit omnia sibi prohibita et omnia sibi precepta, ergo peccavit in clara sciencia, ergo irremediabiliter.

Item habuit intuicionem facialem, ergo fuit impeccabilis, quia intantum affecit illa visio, quod anima Ade erit quasi necessario inclinata ad Deum. Hoc probatur sic:

Quia si forent infinita obiecta, quorum primum foret bonum, secundum in duplo melius, et tercium in triplo melius, et sic deinceps, tunc primum aliqualiter afficeret et sic deinceps ita quod ininfinitum afficeret aliquod istorum et tantum et plus afficeret essencia divina quam aliquod istorum. Ergo.

Secunda conclusio: Primus parens pro statu innocencie naturalem cognicionem et intuicionem indirectam divine essencie optinebat; patet hec quia aliquam intuicionem habuit, sed nullam habuit directam, sicud patet per primam ⟨conclusionem⟩, ego habuit indirectam.

Tercia conclusio: Primus parens videns obiecta sensibilia statim omnes eorum causas et proprietates naturales

---

14. impedimentum. MS. impedimenter.
25. ininfinitum. MS. infinitum

essencialiter ordinatas vidit in lumine increato. Patet hec, quia sic videns obiecta sensibilia statim erit affectus naturaliter ad cognoscendas omnes eorum causas et proprietates. Sed talis affectus pro tunc non erit ociosus, ergo; et non novit per discursum nec in genere proprio, ergo in lumine increato.

Quarta conclusio: Primus parens pro statu innocencie nullam naturalem intuicionem in Verbo mediante specie optinebat. Patet quia visio fuit immediata.

Quinta conclusio: Omnis proprietas mere naturalis tam essencie divine, quam alicuius alterius cause essencialiter ordinate per discursum cognoscibilis erat primo parenti immediate cognoscibilis ante lapsum. Patet hec per terciam [conclusionem] et idem est iudicandum de omni.

Sexta conclusio: Salvator noster pro statu vie nullam naturalem intuicionem divine essencie optinebat. Probatur quia solam noticiam obtinebat. Sed nulla talis est naturalis, ergo Assumptum patet, quia alias una intuicio foret alia imperfeccior, et superflueret.

Septima conclusio: Salvator noster pro statu vie nullam naturalem intuicionem divine essencie mediante specie obtinebat. Patet ex priori.

Octava conclusio: Salvator noster pro statu vie nullam naturalem sciencie habitum obtinebat vel adquirebat.

Patet hec quia in creatura beata vacuatur omnis habitus sciencie naturalis. Sed in Christo erat omnis beatitudo. Ergo.

Tercius articulus est: Utrum tam sensitiva quam intellectiva intuicio, qua in patria premiabitur quis, terminetur ad divinam essenciam obiective.

Arguitur quod non a parte sensitive:

Primo, data veritate sequitur quod sensitiva erit finaliter premiata, et idem est iudicandum de sensitiva bruti.

Secundo sequitur quod totum corpus hominis erit finaliter premiatum et per idem totum corpus universale, et corpus celeste erunt finaliter reparata.

Tercio arguitur sic: Divina essencia non est aliqua qualitas sensibilis, sed omnis intuicio sensitiva terminatur ad aliquam qualitatem sensibilem, ergo nulla etc.

Quarto sequitur quod intuicio sensitiva foret summum premium creature beate, et tunc sequitur quod illud foret finis.

Quinto sic: Nulla creatura beata potest suum actum beatificum producere quovismodo. Sed sensitivam potest homo producere. Ergo.

Sexto sic: Aliqua intuicio intellectiva est summum premium anime beate, sed non voluccio, ergo.

Ad aliam partem est Augustinus De Spiritu et Anima, c.6.

Pro ista materia sit hec conclusio prima:

Omnis natura perfecta, propter hominem instituta vel composita de statu sue perfeccionis primarie cecidit propter peccatum primi parentis.

Suadetur: Omnia media ordinata propter finem debent proporcionari suo fini. Sed status hominis puri primo fuit perfeccior quam ita est. Ergo omnia alia propter eum creata sunt imperfecciora.

Secundo sic: Ita est in maiori mundo, sicud est in minori. sed sic est in minori quod virtutes inferiores omnes ceciderunt propter defectum intellective, ergo sic est in maiori mundo, ergo etc.

Tercio sic: Si primus parens non peccasset, omnes nature propter ipsum creata fuissent obedientes sibi ex statu perfeccionis earumdem. Hoc ita minus verum. Ergo illa sunt translate ad alium statum.

Secunda conclusio est hec: Omnia corpora celestia, et elementa, omnia bruta perfecta et cetera omnia sunt aut fuerunt propter hominem creata. Suadetur sic: In omni via generacionis naturalis, illud quod ultimo per se producitur,

Respice plus in alia parte ad tale signum (Fol.10r)

11(Ps)Augustinus, De Spiritu et Anima, cap.vi (P.L.40,783)

fol. 10 (continuation F.8v, and 9r)

est finis omnium aliorum que in eadem via previe· producuntur Sed via creacionis tocius universi corporalis non minus est perfecta, ergo. Sed natura humana est via generacionis tocius universi, ergo erit ultima.

Item sicud Deus est pars principalissima tocius universi spiritualis, sic homo universi corporalis. Sed Deus sic est pars, quod eciam ut finis integrat omnia spiritualia. Ergo et homo.

Tercio sic: generaliter omnis generacio post generacionem sui finis completur. Sed homo ultimo erit in comparacione tocius universi corporalis. Ergo natura humana erit finis tocius universi corporalis.

Tercia conclusio:

Omnia corpora celestia, quatuor elementa, bruta animalia et cetera mixta perfecta, propter peccatum primi parentis ceciderunt de sua perfeccione primaria.

Sed contra illam arguitur sic:

Celum non est imperfecius quam primo, quia nec in luce, nec in substancia; non in luce quia tunc haberet minus de luce quam prius, et eciam quam foret sua capacitas. Ergo aliqua pars celi et eciam solis esset non luminosa. Consequens falsum.

Sic arguitur de elementis et eciam de substancia celi, quia nec in materia nec in forma, nec in qualitatibus, Ergo.

Secundo idem sequitur de brutis.

Responsio quedam est: perfeccio absoluta ex forma seu qualitate aliqua, alia respectiva ex ordinis disposicione, ideo nec celestia, nec elementa nec bruta, quanto ad substanciam sunt minus perfecta, quam fuerunt creata. Sed in ordine seu posicione solum sunt minus perfecta, quam prefuerunt, et hoc solum est respeccione.

Quarta conclusio:

Quidquid mundi de statu sue perfeccionis primarie cecidit

---

5. sicud MS sic.

propter peccatum primi hominis, omni impedimento subducto a parte sui, in finali iudicio, reparabitur per meritum Salvatoris.

Probatur: Quanta erat malicia, tanta est bonitas Salvatoris Ergo et sui merito.

Sed contra sequitur quod bruta et omnia alia insensibilia in finali iudicio resurgent finaliter permansura.

Item omnia mixta erunt reparata, quia arbores etc.

Item omnia edificia et artificialia et alia talia manebunt.

Item eadem materia in distinctis mixtis erit dimensionaliter.

Ideo conceditur prima conclusio, que patet per Augustinum, in Enchiridion, qui dicit quod tota materia hominis erit reparata in finali iudicio, idem patet eciam de universo corporali.

Item sicud universi corporales partes imperfeccciores, puta elementa, erunt reparata, ergo a forciori totum corpus universum. Sed non conceditur quod anime brutorum erunt reparate, sed desinunt esse,et post erunt reparate.Secundum deductum negatur. Tercium conceditur,quia verum est de uno homine commedente partem alterius hominis,et duplex est causa illiu reparacionis: prima est quia apparebit maxima bonitas Dei; secunda causa,quia omnia reparata redundabunt in laudem Dei.

Quinta conclusio:

Quodlibet brutum animal finaliter reparandum in finali iudicio, glorificabitur secundum convenienciam sue nature per meritum Salvatoris.

Probatur: Quia brutum patitur propter peccatum primiparentis et quodcunque sic paciens, reparabitur per meritum Salvatoris ergo.

Sed contra, tunc sequitur quod bruta non fuissent mortua,nisi peccasset primus parens, ergo.

Item sequitur quod bufones, rane et talia vilia animalia erunt glorificata.

---

16. reparate. MS. separate.

12. S.Augustinus,Enchiridion, cap.lxxxix,(P.L.40,273).

Conceditur primum, quia habuissent aliquod alimentum quo fuissent perpetua, sicud de homine legitur de ligno vite, sicud dicit Hugo, De Sacramentis, parte 6, cap.xviii, et si dicatur quod tot fuissent bruta quod terra non sufficeret eis, negatur.

Item conceditur secundum de ranis et aliis, et conceditur quod Sacra Scriptura facit mencionem de eis per mencionem elementorum.

Sexta conclusio:

Quelibet potencia sensitiva finaliter reparanda aliquod premiumsensuale habebit uniforme eternaliter. Probatur, quia quelibet talis transfertur ad statum sue glorie. Sed talis gloria consistit in premio sensuali, ergo.

Sed contra, in homine est eadem potencia solum, ergo idem primum.

Septima conclusio:

Nulla potencia sensitiva finaliter reparanda, finaliter glorificabitur in aliqua sensibili qualitate obiective.

Probatur, quia quodlibet quod terminat obiective est summus ultimus et summum bonum pro quanto sic terminat. Sed talis non est qualitas. Ergo.

Sed contra: B. Augustinus, De Spiritu et anima, cap.10, dicit: quod potencia sensitiva in homine glorificabitur in humanitate Christi, et non nisi per qualitatem sensibilem. Ergo.

Et Augustinus 22 De Civitate Dei, cap.29, dicit, quod visione sensitiva videbunt sancti et beati essenciam divinam.

Octava conclusio:

Quelibet potencia sensitiva finaliter reparanda in solo Deo premiabitur obiective.

---

3. Hugo. De Sacramentis, lib.I, pars.vi, cap.18 (P.L.176,275)
22. Locus non inveni; forsan est ibidem cap.65 (P.L.40,830)
25. cf.S.Augustinus, De Civitate Dei, lib.22, cap.29 (P.L.41, 799-801) (CSEL.40, pt.II, 658)

Alia conclusio:

Clara intuicio intellectiva divine essencie erit premium aliquod subiectivum creature beate.

Contra illam arguitur sic: Tantum illud est premium ultimatum quod saciat appetitum et replet capacitatem totam creature. Sed hec non est intuicio. Ergo.

Minor sic, quia dato opposito ponatur quod intuicio anime beate P sit A, et sit Pau equalis in naturalibus sicud P, et sit anima Pe in duplo beacior quam Pau, tunc sequitur quod ex contrario potencie sunt equales in naturalibus quod appetitus naturaliter forent equales.

Consequens contra sextam et beatitudinem. ?

Hinc dicitur quod nulla anime capacitas attenditur ex naturalibus respectu actus beatifici, sed secundum instinctum, caritatis et gracie; dicitur eciam quod appetitus est duplex, puta, instinctus ipsius nature et appetitus racionalis. Instinctus nature saciatur in actu beatifico subiectivo, etsi Deus subtraheret se racione termini; appetitus racionalis non saciatur tali actu nisi Deus terminet obiective et subiective.

Secundo sequitur quod finis est perfeccior creatura beata. Sed huius est intuicio, ergo.

Item contra, aliqua est creatura beata, que non beatifice vidit Deum, ergo. Et ponatur quod Pe videt Deum A actu ut quatuor usque ad hoc instans, et Paulus consimili actu usque ad idem instans, et substrahat se Deus respectu Pe in racione obiecti, conservando A actum; tunc queritur aut actus isti sunt eque perfecti vel non. Si sic, tunc equaliter denominant et perficiunt tam Pe quam Pa. Consequens falsum. Si non, sed sed A actus sit imperfeccior. Sit ergo quod in duplo et posito quod Linus sit beatus in gradu sub duplo ad Pau, tunc sequitur quod A tam perficit Pe sicud actus Lini perficit Linum, ideo dicitur quod non sunt equales nisi obiective.

Item contra principaliter, anima non est capax divine essencie, ergo respectu illius nulla est intuicio, et ponatur quod

Deus creet infinitas intelligencias, puta, proporcionaliter secundam in duplo perfecciorem prima, et terciam in duplo perfecciorem secunda; et sic deinceps, et videat Pau primo unam post aliam et sic deinceps. Tunc sic: infinite perfecta est aliqua istarum, et capacitas Pau est solum finita. Ergo infinite excedit capacitatem Pau et tantum vel plus excedit intuicio divine essencie. Ergo.

Hinc dicitur quod anima intanto est capax, quanto perfeccius disponitur per caritatem et graciam, et dicitur quod perfeccio sequitur excessum, sed non proporcionaliter, puta, in duplo vel in triplo.

Fol.10v.

Undecima conclusio: Aliud quam clara intuicio divine essencie est premium aliquod subiectivum creature beate.

Probatur quia voluccio est premium creature beate et voluccio est aliud. Ergo.

Maior sic, quia omnis fruicio est premium, sed aliqua voluccio est fruicio, ergo. Antecedens patet, quia frui est amore inherere propter se.

Forte dicitur quod intelleccio est voluccio.

Sed contra: Probatur quia nulla voluccio est intelleccio, quia tunc sequitur quod Pe eodem actu quo meretur vitam eternam, peccat mortaliter. Probatur, ponatur quod Deus precipiat Pe quod ipse velit Deum nolle se peccare mortaliter, et conformet se Pe voluntati divine, et posito quod Deus conservet actum illum qui sit A, subducendo omnem alium actum, et tunc sequitur conclusio. Stude.

Item tunc sequitur quod anima est perfeccior ut intellectiva quam ut voluttiva, quia virtus intellectiva fruatur duobus actibus et voluttiva solum uno actu. Ergo.

xii Conclusio:

Actus beatificus quo beatificatur creatura beata est effectus maximus in quem potest anima intellectiva. Ex ista, ut apparet, sequitur quod angelus quilibet perfeccius premiatur quam anima Christi, quia perfeccioris speciei est angelus quam anima Christi, et perfeccioris potencie est perfeccior finis. Ergo.

xiii Conclusio:

Omni forma de potencia materie naturaliter producta est aliquis actus beatificus perfeccior subiective in creatura beata.

Hec patet ex aliis.

xiv conclusio:

Nullus actus beatificus existens in creatura beata est in aliquo predicamento.

Descripcio voluccionis per eundem.

Voluccio est actus positivus voluntarie vel libere productus ab aliquo circa aliquod obiectum prius intellectum.

Et noluccio desbribitur econtrario.

fol.9v.

Q[UESTIO] SOLEMNIS

[20] UTRUM DEUS DE NICHILO ALIQUID POSSIT PRODUCERE

Suadetur quod non: Nam nulla est potencia in Deo qua potest aliquid de nichilo producere. Ergo.

Secundo sic: Nullius effectus producibilis creacio est Deo possibilis. Ergo.

Tercio sic: Sequitur quod tale de nichilo productum, si foret, foret Deo coeternum. Consequens minus verum.

Ad oppositum: Quodcumque tale potest Deus producere, quod sue omnipotencie non repugnat. Sed de nichilo aliquid producere sue omnipotencie non repugnat. Ergo.

Hic respondetur ponendo duas conclusiones, quarum prima est: Deus eadem potencia qua mundum creavit, novas res de nichilo producere poterit aut creare. Hec probatur per illud Genesis primo: 'In principio creavit Deus celum et terram', et per hoc quod eandem potenciam creandi precise tunc habuit Deus, quam modo habet.

Secunda est: Si aliquid foret de nichilo productum, repugnaret illud esse Deo coeternum. Hec probatur sic: Quia si aliquid foret de nichilo productum, illud per productionem inciperet vel incepisset esse, et per consequens non esset eternum.

Contra primum de potencia: Illud quod de se nullam possibilitatem includit ad esse, per nullam potenciam potest reduci ad actum, quia negacio possibilitatis est posicio impossibilitatis, per Philosophum, 3 Metaphys. Reduc.

Talis potencia, siforet, vel foret in ordine universi, vel nature vel foret ydea in Deo, et tunc sequitur quod Deus non simpliciter de nichilo produceret.

Item talis potencia in Deo respectu cuiuscumque effectus producibilis ab ea est pro omni tempore eque determinata. Ergo non est racio, quare producat in uno instanti quin similiter produceret in omni.

---

26. cf. Arist. Metaphys. III, 4., 1008a, 10-20.

fol.9v

Confirmatur: Libertas in Deo nec propter temporis presenciam nec approximacionem effectus, plus limitat potenciam ad nunc, quam ad ante vel post, nec est aliqua causa intrinseca, et causa nulla extrinseca impedit, ergo.

Contra secundum: Sit A unus lapis creatus a Deo pro hoc instanti cuius forma sit B, tunc sic: Deus educit B formam de potencia materie. Ergo Deus non creat,

Antecedens sic: Deus producit J B formam pro hoc instanti ad quam pro eodem instanti materia ipsius B est in potencia ergo educit B de potencia materie, vel quid est educere de potencia materie dicatur. Si dicatur quod requiritur quod materia precesserit temporaliter. Contra fuisse illius materie nihil est.

Item fuisse illius materie est indifferens ex se ad omnem formam, ad quam est capax, et agens naturale applicatum non determinatur ad unam formam plus vel prius educendam quam aliam. Ergo agens naturale omnem formam simul educit quam natum est educere. Consequens falsum.

Item sic ad principalem casum: Materia modo creata est eque sufficienter disposita ad formam educibilem ab ea, sicud si fuisset per tempus ante hoc, et agens ut suppono sufficiente virtute applicatur et non impeditur. Ergo educit formam de potencia materie, quam formam ipsum agens natum est producere nec requiritur tempus, cum omnis disposicio previa habeatur. Confirmatur de luminoso causante subito lumen suum in medio, quod medium ita primo creatur per ymaginacionem. Item si Deus et creatura producerent totam alteracionem previam in materia, numquid infinite posset Deus formam creare vel non. Si non tunc non foret omnipotens. Si sic, contra qualitercumque Deus produceret pro tunc cum illis paribus, consimiliter produceret agens creatum. Ergo si Deus creat et agens creabit.

Item suppono quod prius natura agens producit formam, quam uniat eam materie, quia produccio forme non est produccio compositi. Sed unio forme cum materia est produccio compositi. Tunc sic: si agens produceret formam in materia et suspenderet unionem usque finem illius More, et in fine uniret, tunc agens crearet. Ergo consimiliter quando producit et unit simul crearet.

Item Deus in creando formam potest suspendere ⟨ūnionem⟩ eiusdem ad materiam. Ergo et si talis forma uniretur per agens creatum, non obstante, posset Deus suspendere dependenciam, et tunc agens creatum crearet.

Item probo, quod Deus non potest creare compositum; et sit A unus ignis creatus a Deo pro hoc instanti, tunc sic: Si agens naturale produceret materiam et formam ipsius ignis et non uniret, sed Deus infinite uniret, tunc Deus non crearet, sed qualitercumque nunc producitur a solo Deo, consimiliter producitur ab agente naturali, ergo non creatur.

[21] Contra ponentes quod Christus est propheta et non potest aliquid dubitare.

Contra, Christus propheta potest assumere naturam Pe dubitantis illam proposicionem: resurreccio erit, manente dubitacione in natura assumpta et eque denominabit sicud prius, ergo.

Forte dicitur et bene, quod in tali casu in Christo secundum talem naturam assumptam est actus dubitandi , sed ille actus non informat.

Sed reduc ? quod non est actus nisi quia actuat vel informat, ergo.

Item tantum inter se disconveniunt prophecia et dubitacio, sicud visio clara et dubitacio. Sed cum prophecia stat dubitacio respectu aliquorum, sicud fuit in Jeremia et aliis, ergo cum visione clara stare potest dubitacio alicuius in proprio genere.

Item signetur ista proposicio: omnes stelle sunt pares vel stelle scintillant; tunc qualicumque apparit P simul consideret de stellis, sic apparere potuit Christo vianti considerant stellas in proprio genere. Sed P apparuit stellas esse pares vel eas scintillare, ergo Christo. Confirmatur quia si per ymaginem naturalia Christi et P sunt paria, tunc potencie erunt pares et consimilem effectum elicientes.

Si dicatur quod Christus non vidit, sed anima.

Contra, Christus habuit omnem usum potenciarum, sicud aliquis homo, et cum potencie fuerunt perfecciores, ergo.

Item omnis actus maximus specifice in anima potest denominare compositum, sicud et animam. Cum ergo credere, dubitare sunt actus specifici anime Christi, sequitur quod possunt denominare compositum Christi.

Item sequitur per idem Christus credit aliquid, ergo sicud

est, fuit vel erit; et sequitur econtra, Christus non credit hoc, ergo hoc nec est, fuit vel erit.

Sed contra tunc sequitur, quod aliquis discredit in peccato mortali, quem Deus de potencia sua absoluta non potest punire eternaliter.

Probatur, ponatur quod Deus revelet Pe quod numquam puniet eum eternaliter, et precipiat Deus Pe cum hoc quod credat hoc sub pena peccati mortalis, et discredat Pe, et moriatur sic, et patet conclusio.

---

[227] Opinio quod caritas est quoddam meritum creature.

Hoc videtur per Magistrum Sentenciarum, Lib.2, D.xi,c.2. et ex hoc quod meritum est duplex, videlicet, quod meremur et quo meremur, et sic idem potest esse meritum et premium illius meriti, videlicet, habitus virtuosus adquisitus per actus, et sic ponendo habitus talis foret caritas quedam,et foret premium respectu actuum suorum,ex quibus elicitur.

Sed probatur quod caritas non est causa meriti, et ponatur quod P sit in peccato mortali, et conteratur per totam illam horam, et infundat sibi Deus graciam in medietate ? hore continuet tamen P dolorem usque in finem hore: tunc ille actus contricionis continue erit uniformis ante medietatem hore et post, et ab eisdem causis dependens, et consimiliter elicitus, et ante non erat meritorius, ergo nec post.

Item si caritas foret causa meriti et premii, sequitur quod aliquis, qui numquam peccavit, dampnabitur eternaliter et de lege communi, quia ponatur quod sit in caritate et numquam peccet post hoc, et subducat Deus actum gracie caritatis ab anima P, tunc P non salvabitur, quia non est

---

11. cap. 2. MS. cap. 4.

in gracia, nec caritate, et sequitur P moritur sine caritate et gracia. Ergo dampnabitur et tamen P non moritur in peccato mortali. Ergo.

/23/ Opinio: Omnis actus intellectus vel est actualis intelleccio vel non est absque actu intelligendi, vel ulterius dicitur quod ponere species formales reales inexistentes ipsi anime, est ponere tot formas in esse ipsi anime, quot formarum species potest anima recipere, et quot ipsi anime possunt inesse. Ideo dicitur quod non requiritur species ad intelleccionem, ut ponit Doctor Subtilis, nec habitus scientificus, ut ponit Haxtim, sed ipsa res in se apprehenditur, nec diversitas potenciarum perpenditur ex diversitate obiectorum formaliter, sed propter imperfeccionem potenciarum solum, et dicitur quod habere formas vel species, vel est quia sufficit eas producere vel quia potest eas recipere vel utroque modo.

Sed eminenter habere, est causare vel producere, ut dicit Doctor Subtilis; et dicitur secundum hoc quod intellectus causando et recipiendo est perfeccior quam recipiendo solum vel causando solum.

Preter hoc dicitur quod intellectus non potest habere duos actus simul, et non sequitur producit unum actum mediante alio, ergo actus primus est causa secundi, sed solum sequitur quod actus primus solum se habet in racione medii precisi; et dicitur eciam quod intellectus et voluccio se habent conversive et eque primo, quia nihil intelligitur nisi voluccio concurrat, nec econtra; et dicitur quod potencie sensitive nihil innuant intelleccionem in racione cause, quia virtus superior regulat, nec sequitur

quod superfluunt; et eciam dicitur quod obiecta non habent aliquam causalitatem respectu intelleccionum, etsi obiecta aliquando requiruntur, non tamen in racione cause.

Ulterius dicitur quod intelleccio est universalis aliquando racione medii apprehensi, aliquando racione termini apprehensi, aliquando modi apprehendendi.

fol.11v.

DETERMINACIO ATTON

[24]

Opinion Quod natura humana in Christo est persona.

Probatur: signetur persona S tunc non stat humanam naturam esse et non esse personam, et hec personalitas est essencialis huic persone, quia si sit accidentalis, aut ergo absolutum, aut respectivum; si absolutum, tunc sequitur quod Pe est persona et sic de ceteris, et arguitur sic: personalitas est aliquid absolutum accidens huic nature. Et contra, hec natura essencialiter non dependet, ergo Deus potest hac personalitate personare Pa.

Item repugnat quod ab eadem existencia sint aliqua distincta absoluta realiter. Si dicatur quod est accidens respectivum.

Contra, omnis respectus insurgit ex aliquibus absolutis, ergo pocitis absolutis necessario sequitur talis respectus, ergo quod est habitudo inter absoluta et respectus naturalis.

Item illud accidens posset inesse in eo post assumpcionem sicud ante, ergo illa natura est persona sicud ante.

Confirmatur quia nihil repugnans inest nature persone post quam ante.

Item persona humana, per hoc quod persona humana, est in genere substancie, et non respectus nec respectivus, et persona humana est formaliter persona humana. Ergo.

Confirmatur: omne album albedine est album.

Item sequitur quod in Christo sunt due persone, namq in Christo natura humana est persona, et Filius est persona humana, ex quo est homo, et non est homo, nisi personalitate creata, ergo; et non a personalitate divina, quia personalitas divina est deitas, et non formaliter personalitate divina est homo, nec personalitate creata, quia illi competit denominacio propria, et tunc sequitur quod proprie Filius Dei est homo. Consequens falsum.

---

5. accidentalis MS. accidentale

Item tunc sequitur quod ipsa sit unio sine fruitione cum unio sit prius fruitionem, et non repugnat unionem esse et non fruicionem.

Item quidquid agit Verbum ad extra libere contradictorie agit sed fruicio si est postquam non fuit producitur a Verbo, et ab anima. Ergo stante unione potest Deus non producere ipsam fruicionem.

Si dicatur quod aliqua sunt positiva quibus previis sequitur fruicio, tunc sequitur quod aliqua possent necessitare Deum. Ideo in ista materia ponuntur conclusiones:

Prima: Personalitas A nature est accidentale A nature, et tamen illa personalitas est A natura et eadem.

Secunda est: Filius qui est persona humana personalitate humana non est formaliter persona humana personalitate creata vel increata.

Tercia: Etsi Filius qui est persona humana non sit formaliter persona humana personalitate creata, potest tamen esse persona personalitate creata.

Quarta: Ex hoc quod natura humana est noviter Verbo ypostatice unita, non sequitur quod aliqua unio nova ypostatica sit adquisita.

Quinta: Naturam humanam a Verbo personaliter assumi et ipsam Deo non frui, potest sine contradiccione defendi.

Sexta: Christus qui non est creatura.

Fol.11v.

[25] CONTRA UTREDUM

Replicacio eiusdem in materia clare visionis, ubi dicitur quod nullus potest subtto mori.

Contra, est textus de uxore Lot subito conversa in statuam salis.

Item ista visio se habet per modum continui quia est ibi aliqua morula, sed talis morula non potest esse in percusso fulmine, ergo non procedit responsio.

Item si visio talis sit ponenda in qua mali eligunt et boni, et competit homini inquantum homo, sequitur quod in necessariis ecclesia defecit eo quod latuit ecclesiam et Apostolos ante ista tempora unum quod fuit necessarium ad salutem.

Item aliqui propter gaudium suffocantur sicud quidam infermi sed nullus potest habere tantam delectationem sicud in clara visione, ergo non stat per cursum nature aliquem habere visionem divine essencie et esse in hoc mortali corpore; unde Augustinus De Vidento Deum ad Paulinam dicit quod Moyses vidit Deum sed hoc fuit de speciali dono non de cursu communi nature.

Item contra visionem istam est Parisiensis De Viciis et Virtutibus, lib.1, cap.xxi.

Item oculus materialis turbatus non sufficit videre solem, ergo nec oculus hominis interior turbatus sufficit clare videre Deum vel racio quare non.

Item arguitur per processum Augustini Enchiridion cap.xvii, ubit dicit Augustinus quod videns Deum non potest dimittere appetitum quin appetat Deum, ergo etsi facinorosus videt, non dimitteret appetitum suum.

Si dicatur quod impeditur per peccata sua; contra, ille

---

4. Gen. xix,26.
18. S.Augustinus, Liber de videndo Deum seu Epistula 147, n.18,pp.12-13.ed.M.Schmaus in Florilegium Patristicum fasc.xxiii,(Bonn,1930).(CSEL.44,294)
20. Locum non inveni.
25. Locum non inveni.

appetitus est innatus et naturalis secundum Augustinum, et aliud est solum accidentale, ergo unum prius inest et de necesse esse.

Item ubi dicitur quod in illa visione committitur peccatum ultimum. Contra, sicud per solam confirmacionem in bono redditur quis impotens ad peccandum (erased) ad recedendum a bono, sic per solam induracionem in malo redditur quis impotens ad recedendum a malo. Sed per nullam visionem talem redditur quis impotens ad recedendum, ergo nec per aliquod peccatum commissum in clara visione est quis induratus in malo quia repugnat quod quis simul sit in via et in termino; sed ex hoc quod quis est induratus est in termino, ergo.

Item tale peccatum in clara visione est libere contradictorie commissum, ergo committens potest libere dimittere, et tunc foret remediabile, ergo. Antecedens patet per hoc quia aliter peccaret inevitabiliter.

Item quodlibet tale peccatum est commissum in via, et status merendi est in via, ergo non obstante tali peccato possibile est taliter peccantem mereri vitam eternam.

Item signatur aliquis male eligens tunc talis non eliget nisi volitum, et omne sic elicitum est libere elicitum, et talis non volet nec eliget finaliter malum, ergo eliget quod nec est sibi bonum nec apparens sibi bonum.

Item sic eligens vidit se finaliter dampnari, sed hoc non est appetibile, ergo hoc non est eligibile. Si dicatur quod est bonum universi fundetur hoc quod aliquis eligit quod nec est sibi bonum nec apparens sibi bonum.

Item ubi dicitur quod nullus potest peccare contra Patrem appropriate. Contra, quilibet peccans in eo quod vitare non potest peccat ex impotencia, sed quilibet parvulus sic peccat, ergo. Et quilibet peccans ex impotencia peccat appropriate contra Patrem, ergo.

Item ubi dicitur quod Deus non potest immediate punire aliquem eo quod Deus non potest esse tortor. Contra punire aliquem pena dampni est immediate punire eum, sed sic Deus punit, ergo.

Antecedens patet de Lucifero a quo immediate Deus substraxit se, et hoc est immediate punire.

Item ubi dicitur quod est medium sufficiens in natura ad attingendum finem hominis naturalem. Contra est medium sufficiens in natura ad finem hominis, et finis hominis est vita eterna, ergo pura naturalia sufficiunt ad vitam eternam, ergo nihil requiritur ex parte immanentis quia si aliquid sit sufficiens ad aliquid nihil requiritur aliud, ergo si naturalia sufficiunt sequitur questio.

Item gracia nil est nisi habitudo ad Deum per sic ponentes. Sed ex puris naturalibus potest quis habere illam habitudinem ergo; et ex hoc sequitur quod pura naturalia sufficiunt ad causandam graciam.

Item ponatur quod PA committat adulterium scienter, tunc si PA decederet precise cum isto adulterio sine alio peccato adhuc iuste dampnaretur, ergo propter peccatum commissum extra claram visionem foret quis iuste dampnatus.

A T T O N

[26] UTRUM VERBUM INCARNATUM PER SACRAMENTUM PENITENCIE DELEAT REATUM CULPE.

Arguitur quod non, quia nullum est verbum incarnatum, ergo.

Item sacramentum non est de lege statutum, ergo.

Ideo respondetur quod verbum divinum eternaliter creatum et a Patre personaliter distinctum, est temporaliter incarnatum. Patet satis per diversa.

Conclusio secunda: Incarnatum verbum est cuiuslibet creature beate obiectum beatificum.

Probatur per Apostolum: 'Haec est vita eterna' etc.

Tercia: Licet summendo proprie sacramentum penitencie ipsum sacramentum non sit medium de lege deletivum sceleris vel culpe, large tamen summendo sacramentum penitencie delet reatum per influenciam incarnate essencie. Patet satis.

Conclusio quarta sic: Verbum incarnatum non est a Patre distinctum, ergo.

Antecedens sic: Qualitercumque Verbum divinum incarnatum secundum naturam humanam distinguitur a Patre, taliter distinguitur a Patre. Sed contingenter distinguitur a Patre, ergo. Antecedens sic: Precise contingenter Verbum distinguitur a Patre per naturam humanam, ergo qualitercumque. Forte negatur quod contingenter distinguitur a Patre.

Contra: Verbum distinguitur a Patre, ergo contingenter.

Probatur: Hoc est contingens 'verbum distinguitur a Patre', ergo contingenter distinguitur a Patre.

Negatur consequencia.

Contra: Verbum distinguitur a Patre et potest esse quod non distinguitur a Patre, ergo contingenter.

Antecedens sic: nullum Verbum incarnatum est, ergo nullum. Verbum incarnatum distinguitur. Antecedens contingens, ergo consequens.

---

11. Joan.xvii,3.

Item sequitur necessario Verbum incarnatum distinguitur a Patre, ergo necessario Verbum incarnatum est.

Item singno naturam in Christo et assumat Linus illam naturam et simus ante assumpcionem in Christo, et sit A instans. Arguitur sic: Illa singularitas est essencialis illi nature, et illa singularitas est ista personalitas, ergo ista personalitas est essencialis illi nature.

Dicitur quod minor non est vera.

Contra quidquid est hec singulariter est hec personaliter et econtra, ergo hec personaliter est hec singulariter.

Confirmatur: A est, et B est, et nihil est illius A quod non est illius B, ergo A est B. Negatur consequencia.

Contra: omne positivum illius singularitatis est omne positivum illius personalitatis, et nihil est aliud inter ea et non dependent, ergo sunt idem.

Dicitur quod negacio includitur in uno et hoc sufficit ad excludendum ydemptitatem.

Contra, tunc sequitur quod hec est falsa 'tantum homo est homo' quia negacio includitur in uno quod non in alio.

Item illa singularitas est hec natura, illa personalitas est hec singularitas, ergo hec personalitas est hec natura.

Dicitur quod personalitas nihil est.

Contra, personalitas divina aliquid est quia eque est persona sicud est esse, nec stat hoc esse nisi sit persona; et racio est communis persone in divinis et in humanis, ergo vel sequitur quod in divinis non est personalitas.

Dicitur quod in humanis est aptitudo quod sit pars alterius, et sic non est in divinis, ideo in divinis est personalitas et non in humanis.

Item aliquid positivum est in racione personalitatis, ergo.

Item nulla est talis unio, ergo verbum non est incarnatum.

Antecedens sic: quia nulla est formalis racio terminandi illam unionem, ergo.

Antecedens sic: Nec persona divina nec essencia divina est formalis racio terminandi unionem, ergo.

Confirmatur per hoc quod nihil est in divinis, nec essencia vel personalitas, ergo.

Dicitur quod Filius in divinis est racio.

Contra: nihil quod non est formaliter infinitum est formalis racio terminandi illam unionem sed Filius ut filius non est formaliter infinitus, ergo.

Negatur consequencia, et dicitur quod Filius ut filius est infinitus.

Contra: Filius ut Filius est infinitus, ergo Filius ut distinguitur a Patre est infinitus, et sic Pater est infinitus ut distinguitur a Filio, et Spiritu Sancto, ergo sunt tres infiniti.

Confirmatur: Essencialiter sunt tot infinita qot persone.

Sed ultima questio: Utrum personalis proprietas et essencia sit racio terminandi illam unionem.

Dicitur quod proprietas personalis.

Tunc arguitur quod cui non competit proprietas non competit terminare unionem.

Contra secundam: Anima Christi non est obiectum beatificum.

Probatur quia stante unione non stat animam non frui, ergo necessario fruitur.

Probatur: per illam unionem est obiectum sufficienter presens, et per eam est potencia sufficienter elevata, et cum istis positis non stat animam non frui, ergo necessario fruitur.

---

24 Anima. MS. anime.

Dicitur quod non, quia requiritur actus.

Contra, non aliunde insurgit actus quam a potencia presenti et obiecto, et non stat illa esse paria et actum non elici, quia non stat paria esse obiectum et potenciam applicatam sufficienter et non videre, ergo.

Contra terciam arguitur: Nullum sacramentum delet peccatum mortale, ergo.

Antecedens sic: Signetur peccatum, tunc sic: Tantum hoc deletur et hoc est nullum peccatum, ergo nullum peccatum mortale deletur. Negatur consequencia.

Contra, stat oppositum.

Ulterius dicitur quod de lege requiritur confessio et contricio si habuerit copiam /sacerdotum/.

Primo contra illud quod non requiritur confessio, quia omittens non peccat, ergo.

Item conteratur P de peccato, tunc contricio illa delet peccatum quantum ad culpam et ad penam, ergo etsi assit copia sacerdotum non tenetur confiteri de lege ecclesie.

Confirmatur quia peccatum deletur per contricionem et non confitendo quod deletum est non peccat, ergo.

Item occidat P PE maliciose, tunc secundo quod contricio non requiritur, et ponatur quod P ex deliberata malicia proiiciat lapidem ad PA et interficiat PA, et posito quod in medio ? proiieccionis P contemnatur de omnibus peccatis suis, tunc sic: Ille actus exterior, videlicet, occisio Pa per lapidem, est peccatum et de ? /eo/ non tenetur P conteri, ergo.

Minor probatur sic. Post medium instans proiieccionis usque ad contactum lapidis et ultra erit P in gracia et pro nullo commisso in gracia tenetur P conteri, ergo.

Forte dicitur quod actus ille non est peccatum.

Contra, occidere seipsum maliciose vel proximum maliciose est peccatum quia est prohibitum, et sic occidere est actus, ergo.

Item tunc sequitur quod actus exterior non facit peccatum gravius quam si non foret actus.

Item principaliter sic: Quodcumque delictum sine pena deleri potest, ergo sacramenta superfluunt.

Negatur consequencia, quia sacramenta augent graciam.

Item arguitur in prima materia: Verbum incarnatum formaliter distinguitur a Patre, ergo Verbum incarnatum est.

Antecedens necessarium ergo consequens; et tunc sequitur necessario Verbum incarnatum est, ergo necessario Verbum est incarnatum. Negatur consequencia.

---

[27]

Contra ponentes quod ex vi unionis non est anima Christi beata.

Contra, anima P in patria ex unione ad obiectum beatificum est beata, et unio anime Christi est perfeccior, ergo.

Antecedens sic: Impossibile est anima P sic beatifice uniri nisi sit beata, et unio anime Christi est perfeccior, ergo plus perficit, sed una beatifice et ultimate, ergo et alia; et probatur quod illa unio sit perfeccior quia unio anime Christi que est ypostatica formaliter confert graciam et predestinacionem, et sic de ceteris virtutibus, et unio beati in patria non formaliter confert, argo.

fol.12.

⌈28⌋ Item quod aliquod potest esse peccatum infinitum intensive quod Deus non potest per sacramenta remittere. Probatur: Ponatur quod Deus precipiat S quod eque intense diligat eum per totam illam horam, et contraveniat S, et remittat, ita quod iste hore non diligat, tunc sic gradus peccati attenditur penes gradum dileccionis. Sed S infinitum modicum diligat ante finem hore, ergo infinitum graviter peccat et infinitum multum.

⌈29⌋ Item quod sacramenta non mutant penam eternam in temporalem. Probatur quod nec penam eternam que est, nec que erit, nec penam eternam que fuit, ergo.

Item revelet Deus S quod numquam dimittet ei peccatum suum et precipiat Deus S quod credat huic revelato et discredat S, tunc sequitur quod aliquod est peccatum quod per nulla sacramenta potest mutari, nec ergo Deus potest remittere quia si sic, sequitur contradiccio.

fol.13. DETERMINACIO ADE DE ESTONE

[30] UTRUM ADAM PRO STATU INNOCENCIE VISIONEM HABUIT IMMEDIATAM DIVINE ESSENCIE.

Suadetur quod non:

Essencia illa est inattingibile (sic) sicud aliquod ymaginabile. Ergo. Confirmatur: nam ymaginatis duobus infinitis, contingit ymaginari tercium equale illis, et tale foret inattingibile. Ergo.

Item si novit, vel ergo eque certe cum beato vel evidencia cerciori vel minus certa. Non cerciori, nec incerciori, quia utraque est probabilis tantum, quia nulla est cercior in talibus, licet sit evidencior, nec per idem eque certa. Ergo. Item nulla creatura innocens nec beata habens inclinacionem precise naturalem habuit actum respectu Dei, preter inclinacionem. Sed omnem talem habet ex puris naturalibus. Ergo. Antecedens sic: quia quilibet actus respectu divine essencie est inseparabilis, et per hoc est mere naturalis, quia si foret supernaturalis foret separabilis; patet hoc per Anselmum, Monologium cap.68 et 89.

Item talis actus perficit naturam naturaliter et quilibet talis est precise naturalis. Ergo. Minorem [probo] sic: Nullus est actus precise naturalis preter inclinacionem precise naturalem, et si nullus foret actus nec donum supernaturale, adhuc non minus foret talis inclinacio. Ergo talis actus est eiusdem speciei bico (?). Ergo beatitudo posset haberi ex puris naturalibus.

Item sic: quelibet natura et potencia cogitativa perfectibilis per obiectum, complete perficitur quando coniungitur suo obiecto perfectissimo. Sed Adam per visionem immediatam suo obiecto perfectissimo. Ergo illa noticia habita complete perficitur eius potencia. Sed talis fuit pro statu innocencie ut, patet, per questionem. Ergo illa fuit complete perfecta. Consequens falsum.

---

14. precise MS p^{e}

19. S. Anselmus: Monologium: q.68 et 69. (P.L.158,214-215).

Item sic: Si habuit noticiam immediatam divine essencie vel illa fuit terminatam (sic) ad divinam essenciam sine distincione personarum vel non. Si sic, tunc requiritur alia noticia respectu personarum, et alia connicio. Consequens falsum, quia essencia in divinis et suppositum sunt idem obiectum et terminant pro eodem, nec stat unum terminare sine alio. Si non, tunc visio illa immediata fuit extra statum fidei, quia respectu personarum trium in divinis non habuit articulum fidei creditum.

Ad oppositum est Augustinus Super Genesim et Magister Sententiarum libro primo. ?

Primus articulus est iste: Utrum natura humana in statu innocencie perfectum habuit intuitum divine essencie.

Secundus: Utrum creatura racionalis etc.

Tercius: Utrum creatura libere possit exequi ad quod naturaliter inclinatur.

Quartus: Utrum connicio clara ad completam quietacionem sufficiat viatoris.

Quintus articulus: Utrum facialis visio possit haberi sine distinccione personarum.

In primo articulo sunt tres opiniones.

Prima dicit quod nulla creatura in quocumque statu creature potest habere ex se visionem immediatam divine essencie, et est opinio Doctoris Subtilis, et racio opinionis est quia quelibet talis noticia requirit obiectum presens vel representans rem sub propria racione per se cognoscibilis. Sed tale non est Deus, quia eius entitas excedit omnem capacitatem nature connosbibilis. Sed contra, si creatura non posset cognoscere quia Deus excedit capacitatem, et se libere representat. Sed quodlibet obiectum intellectus et

---

10. Lombardus, II Sent.d.23.c.III (Ed.Quaracchi 1916)418. Augustinus, Super Genesim ad litteram,lib.IV,cap.29-33 (PL.34,315-318) (CSEL.28,127-133)

potencie sensitive eque libere se representat sicud Deus. Ergo mullum tale est connoscibile.

Item si sit obiectum quod sub racione sua movet particulariter eque libere representat Deus tale obiectum sicud essenciam suam. Sed per posicionem, essencia sua non est connoscibilis.

Ergo nec obiectum mere naturale est connoscibile.

Hic dicitur forte quod objectum habet representacionem intrinsecam et extrinsecam; extrinseca est Deo libera, intrinseca vero est naturalis, unde obiectum mere naturale habet representacionem mere intrinsecam et non aliam.

Sed contra, si Deus creet unum obiectum mere voluntarium, obiectum tale adhuc immutaret sebsum particulariter et posset connosci naturaliter. Ergo.

Item si Deus representaret se potencie connoscitive proprie et naturaliter, sicud facit generaliter, esset naturaliter connoscibilis a creatura. Sed non minus est nunc connoscibilis quam tunc, ergo pro statu innocencie fuit Dei connicio naturalis.

Secunda opinio est, quod nulla vis precise naturalis potest clare et nude intueri divinam essenciam; et est Doctor Solempnis in 4° Quodlibet, q.4, et eciam Armachani in Questionibus Armanorum.

Sed contra illam vadunt argumenta priora.

Tercia opinion est Doctoris Communis; quod nulla creatura in statu innocencie habuit visionem immediatam divine essencie, quia Deus non est uniforme intelligibile cum intellectu creato, et hoc requiritur in omni intellecctione naturali.

Sed contra, si Deus suspenderet omne fantasma et usum omnis potencie sensitive et omnis speciei recepte per fantasma, adhuc posset voluntas seipsam bene velle et hoc foret sine fantasmatibus. Ergo.

---

22. cf. Richardus FitzRalph seu Armachanus, Summa Domini Armachani in Questionibus Armenorum. noviter impressa et correcta a Mag.nostro Johanne Sudoris, Parisiis 1511 fol. Hanc questionem tractat in Lib.I specialiter in cap.1 - 6; et in Lib.14, c.14.

Fol.13v.

[31] UTRUM CREATURE INTELLECTIVE VOLUNCIA COGI POTERIT AB OBIECTI APPARENCIA.

Probatur quod sic: Quia est mere passiva. Ergo.

Item est finite et limitate potencie. Ergo.

Item aliqquod est obiectum infinitum. Ergo a tali est vincibiles (sic) voluntas..

Ad Oppositum est quod voluntatis meritum periret, si nihil ageret vel active concurreret.

Pro responsione sit hec conclusio prima: Nullius creature intellectualis voluncia est respectu cuiuslibet sui actus mere passiva, sic quod respectu illius actus non est aliquo modo activa. Hoc probatur satis, quia tunc voluntas non foret libera eo quod produccio essetmere naturalis.

Secunda Conclusio: Quamvis respectu alicuius actus in voluncia est ipsa mere passiva, non tamen respectu cuiuslibet sui actus cogi poterit a potencia.

Tercia Conclusio: Licet creature voluncia respectu cuiuslibet sui actus sit finite potencie et limitate, cogi tamen non potest a potencie infinitate.

Quarta Conclusio: Licet aliquod obiectum sit infinite inclinativum non sequitur quod voluntatem ad hoc sit coactivum.

Quinta Conclusio et ultima: Nulla creature voluncia cogi potest ab obiecti presencia.

Contra primam arguitur sic: Et infundat Deus in mente Petri unum actum, et causet eum immediate in voluntate et non sit alius actus in anima, tunc respectu illius actus voluncia est mere passiva, et ille est totalis actus voluncie. Ergo respectu totalis sui actus est voluncia mere passiva.

Huic dicitur quod antecedens est falsum, quia ille est actus in voluntate, sed non est actus voluntatis.

Contra, voluntas quam est, tam est appetens; et quam est appetens, tam habet actum. Ergo respectu illius actus primo est mere passiva. Confirmatur, quia est eque activa respectu sui actus sicud intellectus. Sed non est possibile intellectum esse et non intelligere presente obiecto. Ergo.

Hic negatur consequencia.

Item contra, quam post potencia voluncia est, tam primo novit se et naturaliter novit se esse dispositam ad certum finem, et non nisi in finem intellectum et volitum. Ergo.

Contra Quartam arguitur: Quam inclinativum est obiectum tam inclinat, sed primum obiectum est infinitum. Ergo infinite inclinat, ergo infinito inclinatur creatura. Dicitur quod est infinita respectu sui ipsius inclinantis et creatura non infinite ex hoc inclinatur.

Contra: quam naturaliter obiectum est, tam naturaliter est inclinativum. Sed hoc obiectum primum est naturaliter et summe bonum. Ergo summe est inclinativum, et ultra, quam naturaliter presentetur obiectum tam naturaliter inclinat. Sed summe presentatur, ergo summe inclinat.

Negatur consequencia.

Tunc queritur ultra: Utrum beatus possit declinare obiectum primum.

Dicitur quod non, sed est quedam necessitas ut nunc, sed non simpliciter.

Tunc sequitur quod ita est necessitas, quanta foret necessitas (si foret) coaccionis, si foret, quia est ab extrinseco.

Dicitur quod partim est ab extrinseco partim ab intrinseco.

Contra secundam conclusionem: Tunc sequitur quod tam naturaliter recipit sicut passum more naturale. Ergo cogitur vel potest cogi.

Negatur consequencia, quia Deus potest ponere actum in voluntate et tamen actus ille in nullo informaret, nec denominaret voluntatem.

Sed contra, signo actum concretum, tunc quam naturaliter est, tam naturaliter habet actum. Ergo.

Item obiectum certum in certo inclinaret, et duplum in duplo.

Ergo infinitum infinite.

Contra quintam et ultimam: Infinite inclinat ergo infinite inclinatur.

Negatur, quia tantum inclinat quantum potest inclinare, et tantum potest inclinare quantum potest hoc inclinari. Ergo.

Conceditur quod ex parte agentis infinitum inclinat, sed non respectu passi.

Contra, talis actus infusus est actus voluntatis, ergo est proprius actus voluntatis.

Item per posicionem, preter actum et voluntatem oportet ponere tercium, quia informacionem.

fol.14RA

EXPOSICIO COMPENDIOSA SUPER MATTHEUM

[32] Incipit ergo Mathous partem testimonialem Scripture divine, et probat hominem filium Messiam fuisse et Christum in Scripturis promissum. Et hoc sibi maxime congruebat quod scribebat in hebraico, et fratribus Iudeis conversis ad Christum.

Intendit ergo probare minorem unius racionis ac si velit arguere: Ille homo in quem concordant voces omnium prophetarum quantum ad omnia, que prophetata fuerunt de illo, qui debebat esse Messias vel Jesus, ille itaque homo vere fuit Christus. Non enim, est possibile quod omnia concurrant in aliqua persona, que de Christo dicta sunt, quin ipsa persona sit Christus; quamvis enim, due vel tres condiciones predicte in prophetis possent alicui alteri persone convenire, non non tamen omnis, alioquin vane et absque ulla utilitate revelacio prophetica processisset. In nullo enim, nos introduxisset ad Christum, sed pocius errandi materiam prebuisset; propter quod Salvator dicebat quod: 'necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege [Moysi], et prophetis, et psalmis de me"; et alibi: 'quomodo ergo implebuntur scripture.' Et Paulus Act.13,dicit: 'Et qui habitant Jerusalem, et principes...ignorantes...voces prophetarum, que per omne Sabbatum leguntur... cum consummassent omnia que de eo scripta erant, posuerunt ipsum in monumento."

Ex quibus patet quod ille vere debuit dici Christus in quem consonant voces omnium prophetarum. Sed nunc est quod in illum sacrum hominem, qui dictus est Jesus,concordaverunt voces omnium prophetarum, quantum ad concursum omnium conditionum, quas de Christo predixerant. Fuit ergo homo ille Christus.

16.Lege, MS leges.

1. a principio usque ad versum 3.pag.73, et concinsio pag.87 a verso 22 usque ad finem expositionis, sunt eadem verbatim ac in 'Vita Christi', Ludolphi de Saxonia, capp. lxxxiii,fol.cclı,verso.(Ed.Argent.1473).

18-21.Luc.xxiv,44.

21.Mth.xxvi,54.

Hanc ergo minorem probare intendit Evangelista Matheus inquantum ad 20 duas condiciones in genere, quas de futuro Christo predixerunt prop'ete.

Et secundum hoc, evangelium Mathei dividitur in 22 partes principales.

Prima namque condicio, quam predicarerunt prophete de Fol.14a[b] Christo venturo, fuit Davidica et regia // propagacio; prediwaverunt namque quod propagaretur ex semine David et ex semine Jesse.

Isaias dicit quidem, cap.11,: 'Egredietur virga de radice Jesse", et sequitur: 'radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur."

Jeremias, vero, cap.33: 'Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen iustum, et regnabit rex, et sapiens erit." Ezechiel vero cap.37: 'Ecce ego assumam filios Israel de medio nacionum,....et erunt mihi populus,... et servus meus David erit rex super eos,....et princeps eorum in perpetuum.'

Amos quoque cap.9: 'In die illo suscitabo tabernaculum David quod cecidit, et reedificabo."

Aggeus alloquitur ad Zorobabel, qui fuit de semine David, cap.2: 'Ponam te signaculum quia te elegi."

Et Zacharias cap.4;'dicit de Zorobabel qui de semine David descendet quod 'educet lapidem primarium."

Hoc est secundum. Hanc igitur condicionem fuisse in illo sacro homine, qui dictus est Jesus, Matheus testatur in prima particula Evangelii, a principio ubi incipit: "Liber generacionis Jesu Christi, filii David", usque ibi, 'Christi generacio sic erat". Et hec est prima particula condicionum declarans.

2[a] vero condicio per prophetas predicta fuit virginea gravidacio partus et gignicio.

---

17. Princeps/MS. Principes.
31. 2[a] vero ...predicta. MS. 2[o] vero....predictas.
10, Isaias xi, 1-10. 13-14 Jeremias xxiii (not 33 as in MS) v.5. 15-18. Ezechiel xxxvii, 22, 23, 24, 25. 19-20 Amos ix, 11. 22. Aggeus, ii, 24. 23-24. Zach. iv, 7. 28-29. Mth. i, 1-18.

Predixit namque Isaias quod homo ille, qui erat futurus Christus, nasceretur ex virgine.

Isaias 7 cap.: 'Ecce virgo concipiet et pariet filium'. Et hanc condicionem probat de domino Jesu Matheus a loco illo 'Christi generacio sic erat', usque in finem primi capituli. Et hec est secunda particula evangelii Mathei.

Tercia vero condicio predicta a prophetis, fuit syderea apparicio et regum direccio, qui venerunt iam nato Christo adorandum eum. De apparicione namque dicit Balaam, Numerorum 24; 'Orietur stella ex Jacob.' Et regum adoracione per: 'Reges Tharsis et insule munera offerent.' Et de utroque Isaias cap.40: 'Surge illuminare Jerusalem quia venit lumen Fol.14v[a] tuum.' Sequitur: 'et ambulabunt // gentes in lumine tuo, et [reges] in splendore ortus tui'.....omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes.'

Hanc autem condicionem probat Matheus fuisse in domino Jesu nato in Bethlehem, a principio capituli 2i: 'cum ergo natus esset Jesus' usque circa medium cap.2: 'qui cum recessissent ecce angelus Domini apparuit in sompnis Joseph', et hec est particula 3[a].

4[a] condicio per prophetas dicta, fuit nasarea ac florida nuncupacio. Licet enim predixisset Micheas quod Christus nasceretur in 'Bethlehem Effrata, parvulus es [in millibus] Juda, ex te mihi, egredietur qui sit dominator in Israel.' Licet etiam predixisset Jeremias cap.31, quod fugeretur a terra Juda per interfeccionem puerorum, ubi ait: 'Vox in excelso audita est lamentacionis, fletus, et luctus Rachel plorans filios suos, et nolentis consolari...' Licet eciam predixisset Osee quod fugeret in Egyptum, et inde revocaretur, cap.11, ubi ait: 'Puer Israel, et dilexi eum, et ex Egypto vocavi filium.'

14. et reges in splendore. MS. et splendore.
15. deferentes. MS. offerentes.
23. parvulus es in millibus Juda, ex te mihi. MS. parvulus es Juda ex te enim.
30. et dilexi. MS. in dilexi.

3. Isaias. vii. 14. 5. Math. i, 18-25. 10-11. Num. xxiv, 17.
11. Ps. lxxi, 10. 12-15 Isaias, lx (non 66 ut in MS), 1, 3, 6.
17-19. Mth. ii, 1-12. 23-24. Micheas, v, 2. 26-28. Jer xxxi, 15.
30. Osee, xi, 1.

Nichilominus predixerant prophete quod non diceretur bethlemita aut effrateus, sed nec egypcius, sed pocius nazarenus. Isaias(cap)11: 'Nazarenus de radice eius ascendet! Habet enim ebreus nazarenus,quod interpretatur flos sive floridus.

Hanc ergo condicionem testatur Matheus fuisse in illo, qui dictus est Jesus, ab illo loco: 'Qui cum recessissent', usque in finem cap.secundi. Et hec est quarta particula evangelii.

5ª (Quinta) vero condicio per prophetas predicta, fuit previa acclamacio. Predixerant namque quod Christus haberet unum preconem previum, et unum precursorem, qui ipsum manifestaret mundo et proclamaret. Sic predixerat Ysaias cap.40: 'Vox clamantis in deserto parate viam Domini.'
Et Malachias cap.3: 'Ecce ego mitto angelum meum.'

Hanc ergo condicionem probat concurrisse in Domino Jesu Matheus cap.3, quod incipit: 'In diebus illis veniet Johannes baptista', et ibi quinta particula continetur.

6ª(Sexta) vero condicio fuit angelica ministracio. Predixerat enim propheta in Psalmis: 'Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis'..... in manibus portabunt te etc.'

Hanc ergo condicionem fuisse in isto homine, declarat Matheus cuius occasione introducit Christum in deserto ieiunantem et cum dyabolo disceptantem, et tandem angelorum exercitium ministrantem. Sequitur hoc a principio cap.4:
Fol.14v.b 'Tunc Jesus ductus',usque circa nissam // ubi concluditur: 'Et ecce angeli accesserunt et ministrabant'. Et ibi ponatur particula 6ª.

---

14. parate/ MS.parare.
21. ut custodiunt te in /MS. et custodiant te etc. in.
25. ieiunantem/ MS.ieiunante.

3.Isaias xi,1. 7. Mth.ii,13-23. 13-14.Isaias,xl,3.
15.Malachias iii,1. 17-18.Mth.iii,14.-17. 21-23.Ps.xc.11,12.
27-28.Mth.iv,1-11.

7ª condicio quam predixerunt prophete, fuit primaria conversacio. Predixerunt namque quod homo ille qui esset Christus conversaretur primo in Galilea, et ibi discipulos vocaret.

Sic predicit Ysaias cap.8, cum ait: 'Liga testimonium,signa legem in discipulis meis.....Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus....' Et statim sequitur cap.9: 'Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra nephtalim /et novissimo aggravata est/ via maris trans Jordanem Galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris....etc.'

Hanc ergo condicionem testatur in isto homine, qui dictus est Jesus concurrisse a medio 4 cap., ubi ait: 'Cum autem audisset Jesus quod Johannes traditus esset, /secessit/ in Galileam. usque in finem cap.4, ubi alligat propheticam: 'Terra Zabulon etc. Et introducit vocacionem Petri et Andree, Jacobi et Johannis, alleviacio sive informacionum prima (?) tocius Galilee, que facta est per Dominum Jesum. Et ibi 7ª particula continetur.

8ª condicio fuit autentica legislativa lacio, et iustissima et verissima explicacio preceptorum iusticie, que in decalogo continentur. Etenim Christus, dum veniret,deberet docere per factam iusticiam.

Predixerat Ysaias cap.11; 'ubi ait: 'Erit iusticia singulum lumborum eius.'

Et Jeremias 33: 'Faciet iudicium et iusticiam in terra.

Et Osee cap.10: 'tempus requirendi Dominum cum venerit, quia docebit nos iusticiam...seminate vobis in veritate iusticiam, et invocate vobis vovale.' Unde et Samaritana Johannis 4º, innixa verbis prophetarum dicit: 'Scio quia Messias venit...; cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia.'

29-30. scio quia Messias venit
cum ergo venerit /MS. scio quod cum Messias...

5-6. Isaias. viii,16,18. 7-10. Isaias ix,1,2. 12-14. Mth. iv,12
23-24. Isaias xiv 5. 25. Jeremias xxxiii,15. 26. Osee x.12.
29-30. Joan. iv,25.

quamvero deberet decalogus innovari expresse Jeremias predixerat /cap/ 31, cum ait: 'Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda fedus novum. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris.' Constat autem quod facta pacti et federia fuerunt 10 verba decalogi, scripta in tabulis subdit ; Jeremias quod 'hoc Fol.15A[9] erit pactum // quod feream cum domo Israel....dabo legem /meam/ in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.'

Hanc ergo condicionem fuisse in isto homine de quo loquimur Matheus demonstrat per tria capitula, a cap.5 usque ad (cap) 8,exclusive; ubi continetur sermo Domini Jesu in monte, et explicacio atque innovacio decalogi, et exposicio consiliorum nove legis, in quibus iusticia per facta consistit. Unde et ibi dicit: 'Nisi abundaverit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.' Et in fine concluditur quod: 'mirabantur turbe super doctrinam eius. Erat, enim, docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribe eorum et pharisei.' Ex quo patet quod fuit in eo autentica legis lacio ac potestativa. Et in hiis tribus capitulis 8[a] particula continetur.

9[a] vero condicio predicta per prophetas de Christo venturo, erat deifica operacio et mirifica coruscacio miraculorum. Predixerat namque Ysaias cap.35: 'Ecce Deus vester....ipse veniet et salvabit vos. Tunc aperientur oculi cecorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet claudus sicut cervus, et aperta erit lingua mutorum.'

Per quod designat quod stupenda miracula fienda erant per illum qui esset verus Christus.

Hanc condicionem fuisse /in/illo homine de quo loquimur, demonstrat Matheus per quattuor capitula, ab 8° cap.usque ad duodecim exclusive. In 8° et 9° ostendit ipsum curasse subiectos lepri, febri, paralisi et immundo spiritu sive demonii;

---

1. decalogus/MS.decalogo. 4. quod/MS.quia.
2-4 Jer.xxxiii,31,32. 7-8.Jer. xxxi,33. 14-15.Mth.v,20;vii, 29. 23-26.Isaias,xxxv,4-6.

et ostendit ipsum precepisse ventis maris et morti, et multiplex genus miraculorum fecisse. In 10 vero cap. ostendit ipsum non solum hanc potestatem habuisse in se, quinimmo et illam pluribus communicasse, quia 12 quos et nominavit et potestatem dedit eis ut omnem languorem curarent, et spiritus immundus eicerent, et eos destinavit, hinc inde precepta et regulas eis dando, sicut patet in toto illo cap.10. In 11 vero introducit Johannis discipulos interrogantes Jesum utrum ipse esset Christus, et ipsum Dominum Jesum per istam condicionem propheticam respondisse et dixisse: 'Euntes enunciate Johanni que audistis et vidistis, ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangelizantur; as si aperte argueret: // videte quod in me concurrit Fol.15R[b] nona condicio miraculorum, scilicet, deifica operacio quam predixeerunt de vero Christo prophete. Et statim in eodem capitulo incipit exprobare civitates in quibus per illum facte erant virtutes plurime, et tamen non crediderunt in eum. Et sic in illis tribus capitulis nona particula continetur.

Decima vero condicio prophetata de vero Christo erat pacifica et humillima conversacio.

Predixerat namque Ysaias cap.2: 'Ecce servus meus suscipiam eum .....dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabat, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum cassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, et legem eius insule expectabunt.'

---

1 maris/MS mari. 8. utrum/MS Verum.
5. dedit/ MS. dedis. 22-23. gentibus proferet/MS gentium proferre. 26. ponat/ MS. pona.
21-27. Isaias xlii (non ut in MS. II cap.) 1-4.

Hanc ergo condicionem testatur fuisse in vero homine Jesu Matheus cap.12 per totum, ubi et allegat propheciam predictam: 'Ecce puer meus' etc., et sequitur de conversacione pacifica et humillima Domini Jesu multa. Et ibi 10ª particula continetur.

11ª vero condicio fuit parabolica erudicio. Prophete namque predixerant quod Christus doceret in parabolis, ita ut non intelligerent; sic enim dixerat David: 'Appeream in parabolis os meum, loquar proposiciones ab inicio.' Sic enim dixerat Ysaias cap.6: 'Audite audietis et non intelligetis..... exceca cor populi huius.'

Predixerat eciam Jeremias cap.14, quod Christus assimilaret se colono et seminatori. Unde interogabat quasi colonus futurus in terra et quasi viator declinans ad manendum.'

Hanc ergo condicionem concurrisse in vero homine, Matheus testatur cap.13 per totum, ubi introducit Christum dicentem in parabolis: 'Exiit qui seminat seminare etc.', ubi eciam allegat auctoritatem premissam 'audite audietis etc.', et Psalmiste 'appeream in parabolis os meum etc.'

12ª vero condicio quam predixerunt prophete de Christo venturo, erat provida et benevola enutricio, que deberet populum benevole et provide alere cibo et nutrire. Predixerat enim Ezechiel 34 cap.: 'Suscitabo super gregem
Fol.15v[a] pastorem unum, qui passet // eum servum meum David, ipse passet et ipse erit eis in pastorem.

Hanc ergo condicionem testatur Matheus de vero homine concurrisse in 14 cap. per totum, ubi ostendit eum recessisse in desertum locum, propter mortem et decollacionem Johannis Baptiste. In quo quidem deserto misertus est super turbam et

---

8. intelligerent/ MS. intelligerunt.
18. audite/ MS. auditu.

8. Ps. lxxvii,2. 10-11. Isaias vi,9-10
12-14. Jerem. xiv,8. 23-25. Ezechiel. xxxiv,23.

et pascit eos de 5 panibus et duobus piscibus; et ibi subiungit quod tangebunt fimbriam vesti eius et curabantur omnes male habentes, eodem modo quo oves curabantur ad pedes pastoris. In illo autem capitulo 12[a] particula illius evangelii continetur.

13[a] vero condicio predicta per prophetas de vero Christo fuit ypocrisis et serimoniarum omnimoda detestacio. Predixerat enim Ysaias cap.11: 'Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes,et arguet in equitate pro mansuetis terre.' ⌈et⌋ sequitur quod 'spiritu labiorum suorum interficiat impium.' Et cap.29,ait contra ypocritas ex persona Christi: 'Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis.' Hanc ergo condicionem incurrisse in vero homine Matheus testatur cap.15 per totum, ubi introducit phariseos reprehendentes Jesum et discipulos eius transgrediebantur tradicionem seniorum non lotis manibus manducando,et respondens alligat propheciam predictam,dicens: 'Ypocrite, bene prophetavit de vobis Ysaias dicens: Populus hic labiis me honorat etc.' Et ibidem subdit triplex miraculum ad confirmacionem predicte detestacionis ypocritarum.

In 16 autem cap.,in principio autem applicat miraculum unum iam factum ad detestacionem ypocrisis phariseorum et seduceorum,et sic 3[a] pars in qua ista condicio probatur de Christo durat per 15 cap. et 16, usque ibi ~~mxta~~ medium: 'Venit autem Jesus in partes Cesaree Philippi'.

---

1. pascit/ MS.pavit.
9. iudicabit...auditum arguet./MS.iudicat...auditum audiit.
11.spiritu labiorum suorum./MS.spiritu oris sui.
26-27. venit...in partes./MS.venite in pates.

8-11. Isaias,xi.3,4.
12-14. Ibid. xxix,13.
19-20. Ibid. .....
26-27. Mth. xvi,13.

14[a] vero condicio predicta per prophetas de vero Christo erat genuina colligacio,connexio videlicet,duarum naturarum in una persona.

Dixerat enim Ysaias 9 cap.:quantum ad naturam humanam:'Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis.',quantum vero
RL15v[b] ad naturam divinam,dicit:'Et vocabitur/nomen eius/ / admirabilis....Deus, fortis.'

Dixerat eciam Micheas, cap.5 quantum ad naturam humanam: 'Et tu Bethleem, terra Ephrata....ex te/mihi/egredietur qui sit dominator in Israel.' Quantum vero ad naturam divinam convixerat: 'Et egressus eius/ab initio/, ex diebus eternitatis.'

Et Isaias 48:'Antequam fieret ibi eram.',quod dicit propter naturam divinam:'et nunc Dominus Deus misit/me/, et spiritus eius', quoad naturam humanam.

Et Propheta in principio cum dixisset:'Sedes tua Deus in seculum seculi',subdit:'Unxit te Deus,Deus tuus',et infra: 'concupisset rex decorem tuum etc.'

Et similiter tota scriptura prophetica contestatur illum hominem,qui esset Christum, habere duplicem naturam,divinam scil., et humanam.

Hanc ergo condicionem testatur Matheus fuisse in vero homine a medio cap.16,ubi ait:'Venit autem Jesus in partibus Cesaree Philippi',usque in finem 19.

Primo namque ostendit in eo fuisse naturam divinam per responsionem Petri dicentis:'Tu es Christus,Filius Dei vivi.' Deinde vero naturam humanam per revelacionem passionis future sup r eum,ait enim quod'oportet Filium hominis multa pati..et occidi.' Deinde vero naturam divinam in transfiguracionem,

---

9. Ephrata...qui./MS.Affreta....quid.
13. fieret,ibi eram./MS.fierent,ibi erat.
16. Sedes/MS.fides. 19.similiter./MS.humiliter.
23.ubi/MS.ibi.

4-7. Isaias,ix,6. 8-12.Micheas,v.2.
13-15.Isaias,xlviii,16. 16-18.Ps.xliv,7,8,12.
23. Mth. xvi,13. 26.Mth.xvi,16. 28.Mc. viii,31.

quia 'resplenduit facies eius sicut sol.'

Deinde vero rursum naturam humanam in solucione dragmatis et tributi. Et ita continetur ibi particula 14 evangelii.

15[a] condicio predicta fuit ecclesiastica disposicio, ierarchica ordinacio unius novi regni.

Predixerat namque Ysaias cap.9: 'Multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis: super solium David et super regnum eius sedebit,ut confir met istud et corroboret ⌈in iudicio et iusticia⌋ modo et usque in sempiternum.'

Dixerat eciam Daniel quod suscitaret in Christo unum novum regnum, quod destrueret omnia alia regna,quod esset regnum seculorum et regnum celeste non terrenum,sicut patet Daniel 7. Et prophete omnes sunt plene quod Christus debebat esse rex monarchia cuiusdam spiritualis regni non terreni.

Hanc ergo condicionem testatur Matheus fuisse in vero homine per capitula tria,scil.,18,19,20;ibi enim agit de regno celorum quod est presentis temporis ecclesia;ostendens quomodo Dominus disposuit regnum suum opposito modo ad regnum
Fol.16[a] terrenum. Primo // quidem in humilitate: In principio cap. 18:'Quis putas maior est in regno celorum.'

Secundo vero in caritate et fraternitate. In eodem cap.,ubi ait:'Si peccaverit in ten frater tuus, vade etc.'

Tercio in misericordia et pietate.In eodem cap.,ibi:'Ideo assimilatum est regnum celorum', usque in finem cap.18.

Quarto vero in castitate matrimoniali. In principio 19,scil., ⌈si licet⌋ homini dimittere uxorem suam.'

Quinto in castitate virginali et iudciali.:'Igitur sunt eunuchi'etc. 'Tunc oblati sunt ei parvuli,sequitur enim:'Si vis perfectus esse vade et vende etc.'Et ibidem subdit prem-

---

5. ierarchica/MS.ierarchia

1. Mth. xvii,2.
6-9. Isaias, ix,7.

ium paupertatis,ibi: 'Ecce non reliquimus omnia',usque in finem 19 cap.

Septimo in probitate et operositate,in cap.20,ubi agit de operariis conductis pro denario diurno ad vineam patrisfamilie excolendam.

Octavo in cnncordia,pace et tranquillitate in eodem 20 cap. ubi agit:'Et ascendens Jesus Jerosolimam',ibi,enim,introducit 10 apostolos indignatos de duobus fratribus,scil.,Jacobo et Johanne,qui postulaverant quod unus sederet ad dexteram, alius ad sinistram in regno eius.Eorum indignacionem et turbacionem sedat dicens eis: 'Scitis quod reges gencium dominantur eorum etc.'

Ultimo fundat regnum suum in predcum et oracionum assiduitate. Introducens duos ceccos clamantes ad Jesum,et ostendit ipsum esse misertum eis.

Et ex quibus patet quomodo hoc novum regnum spirituale,omnino condicionum oppositarum ad regnum temporale et terrenum.

In quibus tribus capitulis,15 particula continetur.

16^{a} condicio predicta per prophetas.erat pauperrima et humillima exhibicio. Quamvis enim prophete predixerunt quod Christus est imperator et rex ac monarchia,tamen predixerant quod esset rex alterius modi ab istis regibus terrenis, 'dominaretur, enim, a mare usque ad mare,' et tamen cum hos esset pauper, cum ait Zacharias:cap.9:'Exulta nimis filia Syon,iubila filia Syon;ecce rex tuus venit tibi iustus, et salvator:ipse pauper ascendens super asinam et super pullum filium asine..loquitur pacem gentibus,et potestas eius a mari usque ad mare.'

Hanc ergo condicionem Matheus testatur de vero homine a principio cap.21:'Et cum appropinquasset Jesus Jerosolimam et// veniset Bethfage',ubi eciam allegat propheciam predictam, Fol.16Rb.
usque ibi'mane autem revertens in civitatem esurit'in eodem cap.;et sic pars 16,a principio cap.21 usque ad illum locum continetur.

17a condicio fuit iudaica excecacio. Predixerat enim Ysaias cap.6:'excека cor populi huius'.Et cap.2:'proiecisti

8. Jacobo/MS.Jacobi.
24-27. Zachamas.ix.9,10.
34. Isaias,vi,10.

pupulum tuum Domine,domum Jacob.' Et cap.29:'Claudet ovulos vestros, prophetas et principes vestros, qui vident visiones operiet'. Et ibi subdit quod 'oculi cecorum videbunt.etc.' Unde in prophetis legitur effectus illorum verborum que Christus protulit ad principes sacerdotum:'Ego in iudicium veni in mundum ut qui non vident videant, et qui vident ceci fiant'.

Hanc ergo condicionem testatur Matheus de homine vero ab illo loco, 'mane autem revertens' in cap.21,usque ad 24 cap. exclusive; ostendit quod ad presenciam Domini Jesu excecati sunt Judei, maxime sacerdotes, et seniores populi,et primo sub figura cuiusdam ficulnee, que non protulit fructum que arescat et illa autem figurabat Judeos.

Secundo vero sub texura multiplicis parabole,ibi:'Et cum venisset in templum ponit, enim, primam parabolam de 2 filiis. Secundam de agricolis qui interficiunt heredem omini vinee. Terciam de nupciis et invitatis qui fuerunt indigni,cap.23 'simile factum est regnum celorum.'

Tercio ostendit eos excitatos ex cautelâ machinacionis inique ibi:'Tunc abeuntes parisei mittunt discipulos suos cum herodianis etc.

Quarto loquitur contra eos predicando ve et maledicionem excecacionis in cap.23 usque in finem.

Et sic in capitulis /21,22,23/17 particula continetur.

18[a] condicio que predicta erat de Christo per prophetas quod esset in eo prophetica reservacio omnium artanorum et futurorum.

Predixerat enim Moyses,Deut.cap.18:'Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui.' // ed ibidem:'Prophetam de fratribus tuis sicut me suscitabit Dominus Deus tuus, sicut petisti Domino Deo tuo.'

---

4. que /MS quod. 13. et/MS est.
19. excitatos/ MS.excitates. - inique/MS.iniqui.

1 -3. Isaias ii,6; xxix,10;18.
28-31. Deuteron. xviii, 18,15,16..

Hanc ergo condicionem testatur Matheus fuisse in vero homine cap.24 et 25, et usque ad cap.26. Vere ostendit quare dominus Jesus prophetavit destruccionem Jerusalem et templi per Romanos fiendam, sub Tyto et Vespasiano; et de signis precedentibus diem iudicii, et hoc facit cap.24.

Deinde vero terminatur modum quo homines venient ad iudicium sub methafora 5 fatuarum et 5 prudentum virginum, et sub methafora diversorum servorum qui accipiant talenta varia ad lucrandum. Deinde vero doclarat qualiter proferetur iudicium 'Cum autem venerit Filius hominis',usque in finem cap.24.

Et sic in illis duobus capitulis,18 particula continetur.

19[a] condicio predicta a prophetis de vero Christo fuit mirabilis et insolita institucio novi sacrificii et sacramenti in pane /et/ vino.

Predixerat enim David in Christo:'Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech', qui obtulit panem et vinum, sicut habetur Gen.14.

Et Zacharias cap.9 dixerat de isto pane et vino:'Quid bonum eius est et quid pulchrum, nisi frumentum electorum,et vinum germinans virgines.' Est enim hoc sacramentum frumentorum et vinum germinans castitatem.

Hanc ergo condicionem Matheus testatur fuisse in vero homine a principio cap.26, ubi agit de xena Dei, usque ibi, 'et ympno dicto exierunt in monte Oliveti',ubi 19 particula continetur.

20[a] condicio fuit quod in Christo futuro esset salutifera et amara passio: /amara/ iuxta respectu sui,set salutifera respectu nostri. Predixerat enim Ysaias cap.53:'Sicut ovis ad occisionem ducitur...propter scelus populi mei percussi eum...et cum sceleratis reputatus est.

Et pene omnia verba illius capituli sunt de passione Christi

---

7. Metaphora/MS.Methofera. 20 germinans/MS.germinant
23. cap.26/MS.cap.20.
15-16 Ps.cix,4.
17. Gen.xiv,18.
18-20. Zacharias,ix,17.
28-30. Isaias,liii,7,8,12.

Predixerat eciam cap.50:'corpus meum dedi percucientibus et genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.'

Dixerat eciam Zacharias cap.9: 'tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos..de lacu in quo non erat aqua.'

Dixerat autem Jeremias cap.xi:'cogitaverunt [super]me consilia dicentes:mittamus lignum in panem eius et eradiamus eum//
Fol16v[b]de terra viventium,' et deinde,'foderunt manus meas,..et diviserunt sibi vestimenta mea.'

Et Zacharias cap.12:'aspicerant ad dominum quem confixerunt, et plangunt....quasi unigenitum.

Hanc autem condicionem quam ad omnia predicta et plura alia, que concurrerunt in passione Christi,et que predicta erant per omnes prophetas,Matheus in homine vero manifestissime concurrisse testatur in 26.cap. ab illo loco 'et ympno dicto',usque in finem. Et in 27,ubi 20 particula continetur.

21[a] condicio prophetata de futuro Christo fuit, quod esset in eo magnifica resurreccio et triumphus de morte. Dixerat enim Osee cap.6:'Vivificabit nos post duos dies, et die tercia suscitabit nos.' et cap.13:'o mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.'

Et Psalmista predixerat:'caro mea requiescet in spe,quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis spiritum tuum videre corrupcionem.' Et innumerabilia alia dicta erant de resurreccione Christi futuri a mortuis.

Hanc ergo condicionem testatur fuisse in vero homine Matheus in cap.28, et ultimo,usque ibi'euntes docete omnes gentes.' Et ibi 21 particula continetur.

22[a] et ultima condicio est multimoda convocacio gentium.

1.cap.50/MS.cap.15. 2.meam/MS.meum.
16.ubi 20/MS.ubi 9.
21.morsus tuus ero./ MS.morsus tuus erit.
28.et ibi 21/MS.et ibi 20.
1-3. Isaias,l.6. 4-5.Zacharias.ix,11. 6-8 Jerem.xi,11.
9. Ps.xxxi,17, 19.10-11.Zacharias, xii,10.
19-21.Osee,vi,3; xiii,14. 22-24. Ps.xv.9,10.

Predixerat namque prophete quod ad Christum futurum aspicerent, intenderent et convenirent gentes de omni lingua, et de omni tribu,sicut dixerat Jacob,Gen.49:'ipse erit expectacio gencium'. Sic et Ysaias cap.11:'ipsum gentes deprecabuntur.' Sic in cap.2:'et fluent ad eum omnes gentes.' Sic in cap.49: 'dedi te in lucem gencium ut sis salus mea usque ad extremum terre.' Et cap.42:'legem eius insule expectabunt.' Sic Zacharias cap.8:'apprehendunt...homines ex omnibus linguis gencium....fimbrias viri iudei.'

Et Malechias cap.1:'non est mihi voluntas mea in vobis... ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus.'

Hanc ergo condicionem per modum includentis in finem Evangelii seu in ultima particula Matheus,fuisse in vero homine contestatur, referens verbum eiusdem Dei hominis dicentis ad suos discipulos:'Euntes ergo docete omnes gentes servare omnia quecumque mandavi vobis, baptixantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et ecce ego vobis cum sum usque ad consumma cionem seculi.'

Et sic Matheus finitur,probata minore unica superius // Fol.17R[a] assumpta.

Ex quo patet quod sic arguere intendit;

In illo homine, qui dictus est Jesus,testis sum ego quod omnia concurrerunt que prophete dixerunt futura esse in vero Christo; sive quantum ad gravidacionem et generacionem virgineam; sive quantum ad apparicionem sidream,et adoracionem regiam; sive quantum ad obsequium angelorum,et ministracionem sedulam; sive quantum ad conversacionem primariam in Galilea, et in terra Zabulon et Nephtalim; sive quantum ad exposicionem decalogi et legis lacionem autenticam et novam; sive quantum ad multiplicem operacionem mirificam et deificam; sive quantum ad conversacionem pacificam et tranquillam; sive quantum ad erudicionem parabolicam et doctrinam figurativam; sive quantum ad enutricionem benevolam et benignam

26. apparicionem/MS.opericionem.
3. Gen.xlix,10. 4-7.Isaias,xi,10; ii,2; xlix,6; xlii,4.
8-9 Zacharias. viii,23. 10-12.Malachias,i,10.

ex pannibus multiplicatis; sive quantum ad detestacionem veridicam omnis ypocrisis et cerrimoniarum; sive quantum ad colligacionem genuinam duarum naturarum, divine scil, et humane in uno homine; sive quantum ad disposicionem ierarchicam novi regni, ecclesie; sive quantum ad ostentacionem pauperrimam et sessionem super pullum asine; sive quantum ad excecacionem iudaicam, quantum ad phariseos et populi seniores; sive quantum ad institucionem insolitam novorum sacramentorum; sive quantum ad tolleracionem et passionem salutiferam; sive quantum ad suscitacionem magnificam et resurreccionem stupidam; sive quantum ad convocacionem multimodam et omnium gencium, linguarum, populorum et tribuum.

Utique hec verificata sunt in hoc homine sacro Jesu, que prophete predixerant de Christo. Ergo ipse est vere Christus, nec est alius expectandus.

Et sic patet Mathei processus.

---

2. cerrimoniarum/MS. cerrimonia. 8. institucionem/MS. instibionem
10. salutiferam/MS. solutiferam.

/33/ Utrum aliquod peccatum sit irremediabile in natura tantum. Quod sic per Armachanum de quaestionibus Armenorum, et doctorem profundum libro suo primo, cap.25.

Ad oppositum est Augustinus De Fide ad Petrum cap.22 et Gregorius primo Dialogorum cap.6 et 25 obtineri, et cap. 2 et 3 sequentibus.

/34/ Utrum terra sit situata in medio a natura vel a divina voluntate.

Et quod a natura patet per Philosophum De Celo et Mundo, ubi dicit quod est equelibrata de sui natura, quod nec ad unam partem declinat nec aliam.

Item pro ista parte est Tholomeus in principio Almagesti Dist.prima cap.5.

Sed contra dicit Psalm; commota est et contremuit terra; quod verificatum fuit ut dicunt doctores in passione Christi. Sed si terra sit naturaliter mota non naturaliter situatur in medio. Ergo.

Hoc tangit Beatus Augustinus super illud Psalmi 'Commota est et contremuit terra'.

Item Commentator 2 De Coelo, Commento centesimodecimo, recitat quod Plato in Timaeo ponit terram continue moveri et dicunt aliqui valentes quod continue fiunt exalaciones a terra. ergo continue movetur.

Pro ista parte est Ambrosius in Hexameron De Opere Prime Diei, qui dicit quod ideo terra situatur in medio quia Deus sic voluit et non a sua natura,nec ab eque libratione.

---

2. Richard FitzRalph alias Armachanus, De quaestionibus Armenorum,lib.xi,cap.27.ed.J.Sudoris,Parisiis 1511,folio.
3. cf.Thomas Bradwardine alias Profundus,De Causa Dei contra Pelagium,lib.I,cap.xxiii,p.237-42, ed.H.Saville,London 1618.
4. (Ps.)Augustinus,De Fide ad Petrum, cap.iii (P.L.40,766).
5-6 Locum non inveni.
9. Aristoteles, De Coelo et Mundo.
18. S.Augustinus,Enarratio in Ps.lxxvi (P.L.26,891).
20. Forsan Commentator ,2 De Coelo,Comm.96,ad Juntas 1594.)
24. Ambrosius,Exameron,lib.I,cap.vi.(Ed.Migne,Paris,1845).
14. Ps.xvii,8. .(CSEL.32,pt.I,19)

---

14. Psal. 18.Phal.

Sed tamen tenetur prima pars et dicitur ad oppositum quod motus talis terre non est in essencia sed in figura solum et est quasi quedam movacio terre, vel dicitur quod motus terre est secundum partem et non secundum totum, et dicitur quo terre motus in passione et in legislacione fuit miraculose et preter communem cursum nature, et hoc est verum de partibus terre et non de tota, et dicitur quod terra fundatur in medio seipsam ita quod non fundatur super aquam nec alio elemento, nec alicui innititur sed seipsam fundatur, ideo dicitur quod super nullo fundatur et illam naturam habuit terra a Deo quo contulit quod terra ex virtute naturali situetur in medio; dicitur eciam quod proporcionaliter sicut fiunt exalaciones a terra sic descendunt vapores in terra a celo, vel dicitur quod cometa toto suo motu uniformi commovet alias partes supplendo locum exalacionis etc.

Huic concordat Marcianus in Astrologia sua, et Alkindus in Magica Naturali, et dicitur quod licet terra sit gilbosa quoad nos non tamen quoad celum.

/35/ **Utrum angelus et anima racionali specifice distinguantur.**

Probatur quod non quia proprietates essenciales que competunt angelo competunt anime. Ergo.

Item si distinguerentur specifice tunc anima foret Angelo perfeccior. Consequens falsum.

Tercio sic; Si distinguerentur specifice tunc lapsus angelorum per animas racionales non restauraretur. Consequens falsum. Ergo.

Ad oppositum est: Actuare corpus est operacio propria et essencialis ipsi anime, que operacio vel substancie angelice essencialiter non convenit. Ergo sunt essencialiter speciei diverse.

Pro responsione sit hec conclusio prima.

Anima et angelus specifice distinguuntur, patet per operacionem.

Secunda: Proprietates essenciales angeli et anime distinguuntur et naturaliter sunt diverse.

Conclusio tercia est: Angelus naturaliter est perfeccior anime specifice.

Quarta est: Quamvis natura humana sit inferior angelica ipsam tamen angelicam naturam per graciam et gloriam antecellit. Patet de Beata Virgine.

Quod anima actuet corpus non est per se notum nec est deducibile, quia omnis evidencia que habetur ita quod actuet posset haberi si Deus suspenderet informacionem anime et omnem habitudinem ipsius anime ad corpus, preter hoc quod anima sit motor.

---

fol.17v[b]

/36/20 Utrum a primo parente seminaliter propagati peccato primo eiusdem fuerint viciati.

Et arguitur quod non, quia nulli contrahunt maculam ab alico peccato cui non consenserint propria voluntate. Sed multi non consenserunt peccato ipsius Ade quare illius peccato non sunt viciati. Minor patet et maior per Beatum Augustinum 83 Questiones, Ques.24 ubi sic: Peccatum nullo iuste imputari potest qui nihil voluntate propria fecit, quare oppositum questionis.

---

26. S.Augustinus, De diversis questionibus 83 liber unus, qest.24 (P.L.40,17)

Secundo sic: Nullum fuit peccatum primum primi parentis quia nec mortale nec veniale. Ergo.

Tercio sic: Data veritate questionis sequitur quod Deus foret pronior ad puniendum quam ad premiandum eo quod si stetisset in gracia primus parens illa non fuisset in posteros derivata, ergo nec peccatum per idem; vel sequitur inconveniens ad quod deducitur.

Ad oppositum est Apostolus, Ad Romanos 5/v.12/. Quod per unum hominem peccatum in mundum intravit in quo omnes peccaverunt, quare conclusio vera.

Pro responsione pono istam conclusionem.

Seminaliter propagati peccato mortali primi parentis preter eorum consensum ad idem erant viciati nec ex hoc sequitur Deum ad puniendum quam premiandum existere pronorem. Suadetur sic prima pars: Quia seminaliter propagati etc. in corpore et anima erant maculati.

Secunda pars patet quia Deus cum summa sit iusticia et summe iuste punit et premiet sequitur quod non pronior sit ad puniendum quam premiandum.

Ista conclusio conclusa et negat premissa principalia assumpta et negat consequenciam tercii principalis; et ad auctoritatem Augustini dico quod loquitur de peccato mortali actuali quod preter consensum non committitur; ubi notandum quod peccatum originale potest dupliciter considerari, uno modo prout est culpa Deo reddens odiosum vel ipsam animam et sic inest homini pro libero arbitrio; vel ut est fomes derivata a parentibus excecans et inclinans ad peccatum.

Similiter iusticia et iniusticia originalis habent esse in essencia ipsa anime, sed secundum quod iusticia est inclinans ad actum secundum iusticiam et rectitudinem elicibilem sic est in voluntate et similiter iniusticia secundum quod inclinat ad actum obliquum sic est in voluntate et sic loquuntur auctores.

Item culpa est duplex, puta, commissio voluntaria alicuius vituperabilis et sic est peccatum, vel est pena et effectus peccati ut ignorancia vel difficultas, et sic peccatum originale est tamquam effectus naturalis nature corrupte, et sic quilibet propagatus punitur non tamen per aliquid compensatum peccato Ade per modum satisfaccionis, sed tamquam aliquem effectum penam naturaliter consequentem ipsius Ade peccatum, et sic filii in terciam et quartam generacionem puniuntur non propter culpam parentum satisfaciendam sed Deus propter parentum demerita filios in defectu derelinquit et sic puniuntur pro peccatis propriis et non parentum, et loquitur de parentibus propinquis et non remotis.

Fol.18R[a]

/37/ Utrum in deo sit presciencia contingencium futurorum. Videtur quod non quia omnia quorum Deus habet prescienciam potest Deus revelare racionali creature, sed nulla contingencia futura potest Deus creature racionali revelare, ergo nullorum contingencium habet Deus prescienciam.

Secundo sic: Si Deus haberet prescienciam contingencium futurorum, illa contingencia sic prescita necessario evenirent. Ergo. Consequens falsum, ergo questio.

Tercio sic: In sciencia Dei nulla sunt nec esse possunt futura contingencia, ergo respectu talium Deus non habet prescienciam.

Ad oppositum est Magister recitans illud Apostoli: 'omnia nuda et aperta sunt oculis eius.'

Pro responsione sit conclusio prima:

Conclusio prima: Omnium contingencium futurorum habet Deus sciencia et illa potest creature racionali revelare.

Prima pars patet per Magistrum Prime. Sent. D.36,c.2., ubi dicit Magister: 'scit enim Deus et scivit semper omnia tam bona quam mala antequam fierent et prescivit ab eterno ea futura.'

Et secunda pars patet per illud Danielis: 'et revelatum est misterium Danieli.', patet eciam de revelacionibus factis prophetis.

Secundo conclusio: Non ex hoc quod Deus prescit contingencia futura, sequitur illa necessario evenire.

Suadetur sic: Deus scit omnia fore modo quo erunt, sed nulla res contingens necessario erit, ergo non ex hoc quod Deus prescit contingencia futura sequitur quod necessario erunt.

Tercia conclusio: In sciencia divina nulla sunt contingencia futura. Suadetur: sciencia divina est essencia divina, sed in essencia divina nulla sunt contingencia, cum ibi nihil sit quod non sit ipse Deus, quare etc.

---

21. Dan.,x,1.

/38/ Argumentum bonum:

Deus independenter causat ergo creat; quia alius modus non potest competere Deo, ideo quelibet creatura creatur a Deo, licet agens secundum concurrat et educat de potencia materie, nec sequitur aliquid supplet vicem cause materialis, ergo est altera pars compositi. Sed materiam terminare dependenciam forme est materiam esse alteram partem compositi; et formam terminare dependenciam materie est formam esse alteram partem compositi.

Alii tamen dicunt quod Deus si supplet vicem cause materialis est altera pars compositi: et ad argumenta Armachani dicunt quod tale compositum cuius Deus supplet vicem cause materialis est perfeccius Deo, nec est inconveniens ut dicunt Sed quod aliquid quod non esset Deus vel cuius pars non esset Deus, foret perfeccius Deo, est inconveniens, quod ipsi negant.

Aliter dicitur quod etsi Deus esset pars compositi, quod compositum non (proprie) foret Deo perfeccius, quia Deus supplet solum finite vice/m/ materie, que naturaliter est finita, et compositum ex tali supplecione finita materie et forma finita non est compositum infinitum. Nec sequitur Deus est infinitus et supplet, ergo intinite supplet. Sed solum sic supplet ut materia suppleret, si subesset.

Dicitur eciam quod etsi Deus suppleat vicem materie, non ad hoc est compositum infinitum, nec sic debet denominari quia denominacio non est a materia, nec a supplente vicem materie, que solum passive se habet, sed a forma habet denominari finitum vel infinitum, quia per eam compositum est in actu tale vel tale.

/39/ Tempus est mensura duracionis angelorum eternitate exclusa. Ubi ponitur quod solum due sunt duraciones, puta, eternitatis et temporis. Sed quia, ut ponit opinio, in eternitate non est successio, ideo ponitur mensuram duracionis angelorum est in tempore, et tempus ponit eciam quod triplex est instans, puta, instans temporis, et instans nature et instans originis, ita quod in omni tempore sunt infinita instancia temporis, et in omni instanti temporis sunt infinita instancia nature, et in omni instanti nature sunt infinita instancia originis.

Data ergo opinione que ponit quod Deus concurrit omni creature agenti effective, et eam preveniat in agendo, sequitur quod pro aliqua mensura predicta eam preveniat, et tunc sequitur quod Deus potest creaturam sic producibilem adnullare pro instanti medio, inter instans quo prevenit Deus, et instans quo producit creatura cum Deo, cum infinita sunt instancia intermedia et creatura semper equaliter se habet.

Ponatur ergo potest produci post adnullacionem.

Item sequitur quod infinitum prius producit quam ipse producit cum creatura.

Item sic posset creatura prevenire aliam, puta, obiectum aliquod, sicud Deus prevenit ipsam et tunc creatura crearet.

/40/ Noticia est triplex, puta, principiorum et consequentis et evidentis probabilis, que noticia potest pluri-

ficari et esse in uno sciencia, in alio evidencia probabilis et in tercio neutra, unde stat de possibili quod creatura beata videns et connoscens Deum sub remissiori gradu magis premietur subieccione, quam creatura beata magis

et intensius connoscens Deum.

Et econtra quia Deus magis et minus potest se creature beate ostendere, stante semper beatitudine, equaliter potest eciam se ostendere intellectui suspendendo actum et adhesionem et appetitum voluntatis respectu sui ipsius.

Unde videns Verbum producere aliquid ex nichilo non videt nichil, nec videt quod Verbum nichil est, sed solum sic videt quod Verbum sic representat. Sed omnis talis visio est solum probabilis, quia non est de se evidens, quia non habet extrema materialia, nec est per se notum, ergo solum probabiliter.

Dicitur forte quod per se notum est de se indvidens, quia non est deducibile ab alio. Isto dato, proposicio impossibilis est per se nota, quia est de se inevidens, nec est ab alio deducibilis.

---

[41] Arguitur quod omne ens requiritur ad beatitudinem P et cuiuscumque beati.

Arguitur sic: Omne ens quod Linus non videt esse requisitum ad beatitudinem P, est requisitum ad beatitudinem P; ergo omne ens est requisitum ad beatitudinem P.

Probatur consequencia, quia ex opposito sequitur oppositum reducis (?).

---

[42] Utrum Christus Dei Patris sapiencia iuste suis distribuat pemas et premia.

PROBATUR AD TALE SIGNUM IN ALIO QUATERNO /// (f.21v)

Responsio alia est ista cuius conclusio prima est hec:

Conclusio 1[a]. Christus temporaliter incepit esse.

Probatur: Deus non temporaliter incepit esse, ergo etc.

Secunda: Premium nobis collatum est ex gracia et tamen confertur ex debito.

Tercia: Christus respicit ad equalitatem meriti, conferendo equalia et inequalia.

Quarta: Deus nec pro meritis predestinat nec reprobat et tamen pro eis confert equalia et inequalia.

Contra primam arguitur:

Deus non est predestinatus, sed Filius Dei Christus et Filius Dei est Deus, ergo.

Item Deus est trinus, Christus est Deus, ergo.

Item omnem predestinatum precedit predestinacio, Christus est predestinatus, ergo.

Item Christus non eternaliter fuit et est, ergo incepit esse.

Item nullum predestinatum eternaliter fuit, Christus est predestinatum, ergo.

Item hoc quod est Christus temporaliter incepit esse, ergo.

Antecedens sic: Iste homo qui est Christus temporaliter incepit esse, ergo.

Item quidquid est ex substancia matris temporaliter incepit esse, ergo Christus. Confirmatur, quia nihil quod est hec mater eternaliter fuit, ergo nihil quod est de substancia matris eternaliter fuit.

---

10. inequalia. MS. inequalibus.

Contra aliam:

Collatum ex gracia nihil exigit in recipiendo, et collatum ex debito exigit et nihil exigit et non exigit, ergo.

Confirmatur: nihil est collatum quod simul aliquid exigit et non exigit, sed collatum ex gracia et ex debito exigit et non exigit, ergo.

Item quam repugnat gracie quod sit debita, tam repugnat collato ex gracia quod sit collatum ex debito, sed simpliciter repugnat gracie quod sit debita, ergo.

Item si non foret meritum nisi per graciam, quanto quis habet maiorem graciam tanto minus meretur, eo quod pro gracia plus obligatur ex beneficio, et pro quanto est maior gracia beneficium maius, tanto est meritum minus eo quod plus ex debito obligatur, et tunc sequitur quod predestinatus tam minus peccat quam reprobatus. Si consimiliter eliciat in gracia et minus meretur predestinatus quam reprobatus.

Contra terciam et quartam:

Aliquis potest mereri alteri primam graciam, ergo per idem contumacionem gracie, ergo et predestinacionem, ergo predestinacio potest esse ex meritis.

Item arguitur sic: Ille est predestinatus et iste semper erit, ergo semper erit predestinatus. Si negetur stet oppositum.

Contra hoc quod obligacio non diminuit de racione meriti. Contra, aut obligacio est circumstancia augens aut minuens aut impartinens. Non augens nec minuens ergo impartinens. Si dicatur quod augens, contra obligatur pro primo instanti et pro omni instanti tantum quantum pro hoc, ergo infinitum

obligatur, et quod obligacio non augeat probatur:et ponatur quod PE obligatur ad A vel B disiunctive in hora, et PA ex equali gracia faciat utrumque. Tunc arguitur PE non obligatur ad A, ergo non meretur agendo A ex obligacione et sic de B. Ergo neutrum agendo meretur ex obligacione et PA meretur agendo utrumque, ergo obligacio non auget meritum.

---

[43] Utrum de Deo et substanciis separatis sit possibilis viatori cognicio naturalis.

Quod non, probatur primo sic: Omnis cognicio naturalis et viatori possibilis ortum habet a sensu, sed nulla cognicio de Deo nec substanciis separatis poterit haberi per sensum, ergo oppositum questionis.

Secundo sic: Si aliqua foret cognicio de Deo et substanciis separatis naturalis et viatori possibilis illa esset per conceptum positivum vel speciem Deo appropriatam, sed hoc est falsum, ergo.

Tercio: si aliqua sit cognicio de Deo naturalis viatori possibilis illa habetur per discursum, sed prima cognicio de Deo non potest haberi per discursum, ergo.

Ad oppositum est Philosophus 8 Phys., et 12 Metaph., ubi probat ? per racionem naturalem primam causam esse que est Deus, et per consequens aliquam noticiam de Deo habuit et nonnisi naturalem quare etc.

Pro responsione pono certas distincciones de cognicione. Nam quedam est cognicio perfecta nature et alia imperfecta que nostra dicitur, ut patet Primo Physicorum, alia sensitiva, alia intellectiva, alia abstractiva, alia intuitiva est, et alia cognicio in qua nihil distingtum racione nec ex natura rei terminat actum intelligendi nisi ipsamet res vel conceptus simpliciter simplex elicitus ad eadem;alio modo

---

19. Arist. Phys. viii, 5,256a,20-23; 6,259b,1.
" Metaphy. xii, 6, 1071 b.
"Phys. I, 1 per totum. 184a10 - b 31.

potest res cognosci non in se proprie sed in conceptu sibi attributo et ista est cognicio quia est res.

Istis prehabitis sit hec conclusio prima:

De Deo et substanciis separatis non est cognicio in se viatori possibilis naturaliter pro statu vie nullo alio concurrente in racione obiecti.

Suadetur: Nihil proprie et perfecte in se cognoscitur nisi intuitive, sed Deus non cognoscitur a nobis intuitive nec quidditative, ergo etc.

Secunda conclusio est hec: Per conceptos compositos vel proprios quorum partes a rebus sunt abstrahibiles de Deo et substanciis separatis inesse potest viatori cognicio naturalis.

Suadetur: Talis cognicio potest de Deo et substanciis
fol.18v.b
separatis adquiri // per conceptos quales de substancia per conceptus, sed per conceptus proprios vel compositos potest substancia cognosci, ergo etc.

Ex ista sequitur alia conclusio: Per conceptus compositos et connotativos de Deo et substanciis separatis potest viator cognicionem naturaliter adquirere per discursum.

Et sic patet responsio ad questionem et argumenta.

CONCLUSIONES TYDISHALE IN DETERMINACIONE

/44/ Prima: Non omnis passio est demonstrabilis propter quid de subiecto.

/45/ Alia: Nulla passio est demonstrabilis de subiecto de quo negari potest quod ipsum subiectum est in proposicione vera.

/46/ Alia: Nullum contingens est demonstrabile ideo dicitur quod calefactum est passio et non calefacere et sic de ceteris.

/47/ Omnem creaturam quantumcumque activam naturaliter Deus impedire potest ne agat.

/48/ Ex eadem evidencia qua novit astrologus naturaliter effectum futurm novit beatus, evidencius tamen beatus novit quam astrologus ex hoc quod clarius percipit quam astronomus quia beatus intuitive cognoscit consequens et eciam antecedens, et ex hoc sequitur quod probabile est alio probabili evidencius.

/49/. Non potest esse quod astrolgus cognoscat propria contingencia alicuius subiecti scientifice nisi cognoscat complexionem eiusdem subiecti.

/50/ Habita natura complexionis et figura celi perfeccius iudicabit astrologus quam in hora nativitatis.

/51/ Non est ita evidens prophete quod effectus erit quem cognoscit habitu solo prophetico, sicud astrologus novit effectum fore evidencia artis et propter quid. Patet hoc de propheta qui habet artem et eciam propheciam.

/52/ Omnis propheta precognoscens et habens noticiam que prophecie vidit intuitive ea que prophetice predicit.

/53/ Astrologus non potest habere tantam certitudinem quantam habet propheta in proprio genere prophecie, que est intuicio prima futuri contingentis.

/54/ Utrum in mente angeli inferioris alicuius rei noticia requiratur.

Videtur quod non, quia angelus non intelligit per speciem ergo.

Item angelus ex se sufficit cognoscere, ergo non recipit noticiam.

RESPONSIO

Conclusio prima: Angelus non intelligit per speciem.

Secunda conclusio: Angelus superior efficit noticiam minori per loquelam.

/Conclusio tercia:/ Impossibile est angelum aliquam rem intelligere nisi in lumine supernaturali.

/Conclusio quarta:/ Omnis cognicio angeli est in Verbo vel in proprio genere.

/Conclusio quinta:/ Possibile est angelum cognoscere abstractive sine lumine supernaturali.

Fol.19R[a] CONCLUSIONES

/55/ Pater in divinis non est Filius, et tamen nec finite nec infinite distinguitur ab eodem.

/56/ Etsi in divinis sint plures res sumendo "li pluros" pro multitudine, tamen in divinis tantum est una res, sumendo "li plures" comparative.

/57/ Impossibile est una persona in divinis cognosci alia non cognita, vel una frui non fruendo alia.

/58/ Divina essencia que realiter et formaliter est tres persone, aliquo modo quo est, distinguitur a Patre.

/59/ Impossibile est creaturam peccare vel deficere et non puniri a simpliciter primo.

/60/ Omnibus creaturis Deus est equaliter bonus.

/61/ Essencia divina a tribus personis in divinis, et a qualibet in eadem est indistincta.

/62/ Aliqua duo distincta realiter idemptificari est impossibile absolute.

Ad argumentum ubi arguitur quod ubi non est repugnancia formalis, nec repugnancia omnipotencie Dei, est possibilis ydemptificacio. Sed nulla sic repugnat. Ergo. Dicitur quod repugnancia formalis est inter terminos primo modo, et secundo inter res signatas per terminos oppositos. Si capiatur primo modo, sic res maior falsa. Si secundo modo, sic minor.

Secundo sic: Omne tale esse est possibile quod etsi ponatur in esse non esset terminus adequatus divine potencie. Ydemptificacio est huiusmodi, ergo. Negatur consequencia.

Tercio sic: Omnem creaturam ymaginabilem Deus potest producere. Ydemptificacio est huiusmodi, ergo. Negatur minor. Quarto sic: Omne quod absolute positive clare representatur in Verbo est possibile absolute. Sed hoc esse hoc representatur in Verbo, ergo. Nam perfeccius est hoc representari in Verbo quam hoc fore in rerum natura. Quinto sic: Sint duo mere positiva, tunc inter illa duo non est repugnancia intrinseca, nec negacio unius ab alio, quia sunt mere positiva. Ergo Deus potest facere unum esse aliud cum non sit formalis opposicio.

/63/ Conclusio: Angelus mediate vel immediate communicat de futuris menti prophete. Sed in mente prophete non causat actum intelligendi, et causa est quia intelleccio est accio immanens, qualem non potest angelus causare intrinsecus. Contra per idem, nec Deus potest causare intellecciones sui in creaturis. Consequens minus verum. Nec eciam potest Deus communicare angelo per idem.

/64/ Conclusio: Etsi Deus potest facere presens quod non sit presens, et futurum quod non sit futurum, non tamen quod preteritum sit simpliciter non preteritum, et hoc non est de necessitate aliqua pretericionis, sed quia preteriti non est terminus positivus, sed deficit extremum respectu eiusdem. Contra, respectu futuri non est aliquis terminus positivus, cum illud adhuc non sit. Ergo Deus non potest facere quod futurum sit non futurum, vel si unum potest facere, utrumque potest facere.

/65/ Conclusio: Pro primo peccato mortali quantumque modico, maior pena debetur quam pro quolibet alio mortali ab eodem in culpa commisso.

/66/ Conclusio: Si peccatum non obfuisset cognicio intellectiva a sensu ortum non habuisset.

/67/ Omnis error vel pena infusa racionali creature est ex culpa mediante.

/68/ Nulla creatura perfeccius est beata si intelligit complexe complexa.

/69/ Conclusio: Hic viator quocumque demonstrato per caracterem non est quale nec quid, sed ad aliquid.

/70/ Conclusio: Post omnem composicionem, complexionem et discursum, conceptu simplici apprehendimus Deum.

/71/ Conclusio: Impossibile est proposicionem prime voluntarie veram esse medium inferendo conclusionem in forma syllogistica.

/72/ Conclusio: Quidquid libere ad extra producit creata potencia, naturaliter producit increata essencia.

/73/ Propter nullam auctoritatem autentice scripture est ponendum Deum ad actum voluntatis effective concurrere.

/74/ Deus qui est indivisibiliter simplex, est naturaliter cognoscibilis a viatore, sed non quod sit trinus et unus.

/75/? Non cuilibet creature (contingit) essencia esse suum esse. Sed contra. Esse existencie hominis est, ergo homo est, quia tunc homo existit. Sed antecedens potest esse verum, nullo homine existente, sed anima eius existente, que est forma et esse existencie hominis. //

Fol.19R[b]

/76/ Secundum Magistrum Sentenciarum, Lib.ii,dist.v,

---

27. Lombardus II Sent.,D.IV.c.I.(Ed.Quaracchi.1916) p.325-6.

perfectum dicitur tripliciter: secundum tempus, ut quod habet competenciam tempori, et sic puer potest esse perfeccionis; et secundum naturam, ut quod habet omnia sue nature, et sic angelus et alia omnia; et simpliciter, et sic solus Deus est perfectus.

/77/ T O N W O R T H E (Adamus ? Richardus ?)

Item adnichilacio est maxima pena que potest esse. Nam sufferre certam penam per unam horam es et induplo maioris gravedinis quam medietatem consimilis pene per duas horas. Ergo eadem racione per medietatem hore quam per horam, et sic de omni parte hore signabili. Sed cum adnichilacio sit passio maxime generalis, quia nihil ab ea excipitur, sequitur quod ipsa sit maxime gravis.

Sed contra, si alia sit pena maxima nullus, illam optaret, sed creatura vult adnichilari. Ergo illa non est maxima pena. Antecedens sic: creatura mallet adnichilari quam semper patiri. Consequens etc.

/78/ Utrum peccatum primi parentis ad similitudinem sui creatoris facti a porta paradisi sit exclusivum.

Super quam questionem sit ista primus articulus:
Utrum anima primi parentis in primo instanti sue creacionis condita sit ad similitudinem sui creatoris.

Secundo: Utrum peccatum eiusdem infinite sit malicie vel finite, et primo hoc probatur quod sit infinite malicie, quia dato quod infiniti forent homines, tunc infinite forent pene correspondentes. Sed non maior est pena peccati quam malicia peccati pro qua infligitur, ergo malicia peccati est infinita.

Quod infinita sit pena probatur, quia infiniti sunt homines, quorum quilibet pro originali equaliter punitur, ut ponitur in casu. Ergo tota pena collecta est infinita. Ex quo pene non communicat, ergo consequenter et malicia peccati infinita.

Si dicatur quod malicia peccati originalis est difformis sic ergo tota latitudo A, et dividendo A in partes proporcionales. Tunc sit aliquis fomes illius peccati originalis

14. exclusivum /MS. exclusiva

infinitum modice alicit aliquem ad peccandum, cum infinitum modice quantitatis sit aliqua pars istarum. Ergo infinitum faciliter potest sibi resisti ab aliquo istorum. Sed primus parens facilius potuit resistere quam aliquis istorum, ergo facilius quam infinitum, faciliter potuit primus parens resistere. Antecedens probatur sic: quia quilibet alius a primo parente habuit infeccionem aliqualem, qua minus potuit resistere, sed primus parens nullam habuit pro tunc infeccionem vel maculam qua causaretur resistencia, ergo infinitum faciliter potuit primus parens resistere.

Item probatur quod anima non contrahit talem maculam, quia sit Linus infinite illius hore, et sit A ultimum instans eius hore et primum induccionis anime, tunc in A instanti anima creatur munda et non habet in se maculam et non contrahit maculam a corpore, cum corpus non agat in spirituale nec econtra. Ergo manet adhuc totum compositum mundum, nec est causatum ab extrinseco, ergo etc.

Item eque munda est anima unita sicud non unita.

Posito due sint, una unita alia non; sed non unita non inficitur, ergo nec unita debet infici.

? Conclusio: Quod aliquod sit vel poterit esse primum instans Ade patet per Philosophiam naturalem. Sed non est dare ultimum instans respecti eiusdem in beatitudine

? naturali.

Conclusio: Peccatum primi parentis precise est malicie finite.

Tercia: Non est inconveniens hominem in statu innocencie multa ignorasse.

/89/ QUESTIO: Utrum quelibet voluntas racionalis creature conformari debeat voluntati divine.

Et probatur quod non, quia homo potest velle quod Deus non vult, ergo. Antecedens sic: homo potest velle Saracenum converti quem voluntas divina non vult salvari. Ergo etc.

Item beatus in patria potest velle Linum salvari, quem novit Deus ordinasse dampnandum. Ergo.

Item angeli custodes hominum volunt homines non peccare et tamen hoc non fit, et indo tristantur.

Item confirmatus potest velle quod non sçit Deum velle quia alias non posset orare pro nobis; nam frustra foret petere si sciret Deum hoc velle.

Item Christus vult suam beatitudinem, sed numquam fuisset illa beatitudo nisi fuisset peccatum Ade, ergo Christus vult peccatum Ade.

Item Christus non potest non gaudere de sua beatitudine ergo non potest non gaudere de peccato Ade, cum peccatum Ade sit causa incarnacionis et adquisite beatitudinis.

Item nulla creatura tenetur velle quidquid sict Deum velle, ergo; quia tunc teneretur ad impossibile eo quod voluntas sua non se extendit in tantum.

Item velit Deus P nihil velle et hoc sibi revelet. Stude Item revelet Deus P quod sit eternaliter dampnandus, tunc hoc non potest P velle; nam eternaliter dampnari non foret sibi pena si hoc vellet, eo quod pena est carencia optate voluntatis.

Item nulla creatura tentur ad aliquid quod non est in eius libera potestate, sed creaturam velle quidquid Deus vult non est in eius libera potestate. Ergo etc. Antecedens sic: Creatura non potest scire quidquid Deus vult, ergo non velle, cum nihil sit volitum nisi cognitum.

Item creatura potest licite velle oppositum illius quod sdit Deum velle, posito quod Deus revelet P Linum fore dampnandum, tunc P tenetur diligere Linum sicud se, ergo velle sibi bonum, ergo etc.

/80/ OPINIO: Nulla sunt attributa in divinis sed attributa sunt solum conceptus correspondentes rebus in divinis.

/81/ Item quis potest videre clare essenciam Dei non videndo aliquam creaturam relucentem in ea.

Et econtra, et ad racionem quando arguitur quod videns clare Verbum videt omnia relucencia in eo. Sed in Verbo representatur omnium rerum ymago; ergo etc.

Negatur consequencia, et idem est de cogitacione, quia cogitacio quedam est primaria, quedam secundaria. Unde cogitacione primaria potest quis apprehendere Deum et non creaturam, et cogitacione secundaria potest quis apprehendere creaturam et non Deum, ergo etc.

U T R E D U S

/82/ Utrum pro via et patria sit status hominis suis intrinsecis correspondens.

Pro qua questione sit hec prima conclusio:

Omne peccatum commissum vel committendum citra cognicionem claram est remediabile ex natura. Ista probatur sic: Omne peccatum commissum vel committendum, pro quo committens non debet privari termino sibi debito est remediabile in natura. Sed omne peccatum commissum vel committendum est huiusmodi, ergo. Antecedens patet quia alias natura fol.19vb deficeret in necessariis et superflueret in multis //

Conclusio secunda: Omne peccatum tam angeli quam hominis post terminum clare visum est irremediabile naturaliter.

Tercia conclusio: Homo in omni statu tam innocencie quam lapsus ante terminum clare visum indiguit, indiget vel indigebit adiuvari non alio et alio sed eodem qui eum dirigat in viande.

Quarto: Prout solus Filius in divinis appropriate esse debuit hominis formator, sic et in via debuit esse informator, et citra visionem claram a denuo deformatur.

/83/ CONCLUSIO: Et si aliqua sit creatura creabilis a Deo quam non potest Deus in esse conservare, aliqua tamen potest esse creatura non plus ens quam illa data, quam non potest Deus adnichilare.

Probatur prima pars: Si Deus creat actum signantem naturaliter se non esse post certum instans, et econtra de actu beatifico signante semper se fore.

Pro secunda parte conclusionis:

quia hec sunt merita et beneficia ???

---

1. Utredus . add. in margin.

/84/ Questio: Utrum omnis lex Dei graciosa racionabilis sit et vera.

Probatur quod non, quia aliqua est lex non graciosa, puta lex pure nature, et illa est lex Dei, ergo non quelibet etc. Secundo: non quelibet lex Dei est per se nota nec deducibilis per evidenciam veram, ergo non est racionabilis etc. Pro responsione dabatur pars affirmativa, quamvis ad primum dicitur quod lex nature est lex Dei etc.

Ad secundum dicitur quod etsi lex Dei non sit ex se nota deducibilis est tamen ex evidenciis veris.

/85/ Conclusio: P vi est in gracia et continue pro tempore vie erit in gracia et numquam dampnabitur. Sed in gracia eliciet actum meritorium, et tamen respectu illius actus numquam habebit premium plusquam iam habet.

Probatur de Filio in divinis si assumat illam naturam humanam et eliciat actum meritorium.

/86/ Argumentum ad probandum quod essencia incarnatur.

Probatur: Persona incarnatur, ergo quidquid formaliter et realiter subest persone incarnatur. Sed essencia realiter et formaliter subest persone, ergo essencia incarnatur. Probatur prima consequencia, quia si persona incarnatur, ergo quidquid est persona incarnatur. Sed essencia est persona, ergo etc. Alias staret quod persona incarnatur et aliquid quod est ipsa persona non incarnatur, quia omne quod est aliquid quod est ipsa persona est persona, et ex consequenti si aliquid quod est ipsa persona non incarnatur, sequitur quod persona non incarnatur, et foret contradiccio.

---

[87] ARGUMENTUM ad probandum quod voluntas alio a Deo potest frui.

Probatur: Illo potest voluntas frui quod potest saciare capacitatem voluntatis. Sed aliquid a Deo est huiusmodi. Ergo etc. Maior patet et minor probatur, quia ex quo voluntas est finita sequitur quod sua capacitas sit finita, et eciam quilibet actus ab eadem elicibilis esset finitus. Ergo ymaginabile est, et formaliter sic est de facto quod est aliqua creatura ita in patria tam perfecte beata, que si foret volita a voluntate adequaret capacitatem voluntatis, et quia ex quo est finita capacitas alico finito est saciabile, quia infinitum excederet.

---

[88] ARGUMENTUM: Voluntas est libera respectu eorum que sunt ad finem, ergo est libera respectu finis. Ergo ex opposito voluntas non est libera respectu finis, nec respectu mediorum que sunt ad finem. Consequens probo falsum. Confirmatur: voluntas non potest velle ultimum finem nisi velit se velle. Ergo velle se velle est medium necessarium respectu finis cuiuscumque voliti ultimate. Consequens falsum. Stude: Utrum intellectus et voluntas beati scit certitudinaliter se esse beatam quam Antichristum fore.

Item notandum quod confirmacio et obstinacio est respectu eorum circa que voluntas se habet mobiliter et vertibiliter, quia nullus dicitur confirmari respectu illius circa quod nec potest nec potuit variari vel aliter se habere (ideo confirmacio dicitur firma adhesio absque motu possibili). Ideo ex hoc dicitur voluntas libera, quia est domina sui actus et hoc intrinsece, et per hoc differt a potencia naturali que exit in actum non a seipsa sed ab alio movente

26-27. Ideo confirmacio....possibili. add.inter lineas.

extrinseco.

Item arguitur: si per eandem virtutem quiescit aliquis in termino per quam movetur in illum, cum voluntas libere movetur, ergo libere quiescit, ergo potest libere non quiescere in termino, sicud potest libere non movere in illum.

Si dicatur quod non eadem virtute movetur et quiescit cum habito fine vel termino desinit motus, ergo virtus motiva. Sed cum virtus illa in viatore respectu ultimi finis sit libertas, sequitur quod in termino vel fine erit necessitas. Stude. Sicud patet de gravi in centro.

Item quod non movet se ad aliquem actum, respectu illius actus non est liberum, sed liberum arbitrium confirmatorum vel dampnatorum non movet se ad aliquem actum, quia quod movet seipsum, mere potest non movere seipsum, ideo dicit Philosophus quod gravia non movent se.

Item appetitus brutorum non differt a voluntate libera nisi penes posse hoc et posse non hoc, quia in posse hoc et hoc conveniunt potest enim appetitus brutorum in multa, sed non potest refrenare se ab hoc. Sed confirmato tolluit sibi velle hoc et non velle idem, ergo libertatem.

Item voluntas libera non potest privari possibilitate volendi bonum vel apparens, ergo non potest privari libera potestate volendi hoc vel illud.

[89] Utrum obiectum moveat voluntatem.

Quidam dicunt quod obiectum movet voluntatem ad actus determinacionem, sed voluntas movet se ad exercicium vel execucionem respectu talis actus.

Sed contra, tunc respectu eiusdem esset voluntas in actu et potencia, quia in execucione foret in actu, et respectu eiusdem per determinacionem obiecti racionis foret in potencia. Consequens falsum. Hoc eciam tollit racionem voluntarii, cuius principium est ad intra, sed si obiectum extrinsecum determinet, non est in potestate intrinseca

voluntatis,quare etc. Dicitur quod obiectum determinare voluntatem est dupliciter: uno modo quod determinat in actum talem quod non possit in oppositum, vel sic determinet quod non velit oppositum. Secundo modo verum est. Sed contra. secundo modo potest voluntas seipsam determinare, ergo non ab obiecto solum determinatur eciam etsi respectu pbiecti determinatur quod potest non potest velle aliud, potest tamen non velle illud idem obiectum respectu cuius determinatur.

Item voluntas que sufficit in actuacionem, sufficit in eius conservacionem, sed voluntas libere elicit actum,ergo libere potest conservare eum sine determinacione obiecti. Ideo alii dicunt quod obiectum movet voluntatem aliquam speciem imprimendo, sicud intellectui, ipsa tamen voluntas per illam speciem potest exire in actum, exercere vel non exire, quod probant per Anselmum. //

(Fol.20R^{b})

Sed contra quia una forma secundum se per unum et idem non potest in diversa specie. Sed actus voluntatis sunt diversa specie secundum differenciam obiectorum,ergo in tales actus non potest voluntas.

Item sic: si voluntas possit movere se libere respectu cuiuscumque speciei in anima vel intellectu et eciam intelleccionis in intellectu sine impressione aliqua facta in ipsa voluntate, cum voluntas sit impossibilium,sequitur quod respectu duarum intelleccionum incompossibilium possit voluntas se movere et velle sine diversitate, quia cum ipsa sit motiva sui et plura potest simul velle respectu plurium obiectorum non diversificaretur.

Ideo dicit tercia opinio quod voluntas non patitur aliquid ab obiecto aliquid ab ipso recipiendo nec speciem nec aliquid aliud, quia tunc posset cogi; nam potencia passiva potest cogi ab activo suo.

Ex qua opinione patet quod affeccio moveret voluntatem

Sed contra quia cum ipsa affeccio sit forma naturalis

moveret solum ad unum.

Item existente principio activo naturali cognito suo passivo deducto omni impedimento necessario erit accio et ita voluntas necessario vellet illud ad quod esset affecta.

/9O7 Q/UESTIO7 ESTONE ET R/ESPONSIO7 REDECLIF

Utrum Adam ex lege status innocencie visionem immediatam Dei essencie habuerat, sicud natura angelica optinebat.

Quod sic arguitur tripliciter et sic primo:

Adam in statu innocencie perfectus erat omni cognicione naturali sicud natura angelica, ergo in sua propria cognicione naturali non discurrebat a noto ad ignotum, et per consequens cum Adam pro eodem statu divinam essenciam naturaliter cognovit, sicud natura angelica, sequitur quod ipsam non cognovit per discursum, nec per speciem aliquam creature, ergo per visionem immediatam, ergo.

Confirmatur per Magistrum iiii Sent., D. Prima, c.v., dicentem quod "homo qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum adeo ebuit ut nequeat divina capere nisi sensibilibus excitatus."

Secundo sic: Adam in statu innocencie tantum erat dispositus ad videndam divinam essenciam sicud anima eiusdem si fuisset separata et racione peccati nullatenus impedita. Sed si anima eiusdem fuisset separata et racione peccati nullatenus impedita habuisset visionem immediatam divine essencie sicud natura angelica optinebat, ergo questio. Patet consequencia et maior, quia per materiam non erat intellectiva eius impedita plusquam fuisset si a materia esset separata. Minor eciam videtur patere quia tunc fuisset approximacio sufficiens potencie naturalis ad suum obiectum nullatenus impedite, ergo veritas minoris.

Tercio sic ad idem: Cognicio Adam in statu innocencie quoad Deum fuisset eque perfecta sicud dileccio eiusdem, sed dileccio eiusdem erat ita perfecta quod terminabatur immediate ad divinam essenciam, ergo et cognicio.

Ad oppositum arguitur sic:

Per nullam visionem quam habuit Adam in statu innocencie ponebatur extra statum vie, sed visio immediata divine

essencie ponit hominem/statum vie, extra ergo oppositum questionis. Patet eciam per Augustinum Primo de Trinitate versus finem ubi ponit quod visio Dei per essenciam est tota merces sanctorum; ex quibus videtur oppositum questionis.

Respondendo ad istam questionem difficilem et subtilem suppono quod totum hoc 'visionem immediatam divine essencie' supponat in proposita questione pro eiusdem essencia et intuitu faciali; quo supposito sit hec conclusio prima: Adam ex lege status innocencie divine essencie immediatam visionem non habuit, sicud nec ante suum casum natura angelica optinebat. Hec conclusio suadetur sic: Omnis visio immediata divine essencie est eiusdem intuitus facialis, qui solis iustis promittitur premium habendum in patria subiectivum; sed nec natura angelica ante casum, nec natura humana, ex lege status innocencie, fuit in patria beatifice premiata ergo conclusio. Ista consequencia est bona et maior quoad primam eius partem patet ex prius supposito; et quoad secundam eius partem patet per illud dictum Augustini Primo de Trinitate c.37; et minor principalis patet per Hugonem de Sacramentis Libro primo, parte sexta, cap.25. Secunda conclusio est hec: Adam ex lege status innocencie vidit intuitive essenciam creatoris.

Suadetur hec conclusio sic: Adam ex lege status innocencie vidit divinam essenciam et non solum abstractive, ergo intuitive. Ista consequencia est bona, et totum antecedens patet ex processu Hugonis de Sacramentis L. primo, parte sexta, cap.14. Tercia conclusio est hec: Tam natura angelica quam humana

ante peccatum vidit intuitive divinam essenciam eius specie

2. S.Aug. I De Trinitate c.XIII (P.L.42,842-44).
20. Ibidem.
21. Hugo de S.Victor, De Sacramentis, lib.I, p.vi, c.25 (P.L.176, 278) qui dicit quod homo debuerat manere in hac vita inferiori usque ad determinatum tempus post quod transferretur ad premium obedientiae.
27. Hugo. Ibidem...c.14 (P.L.176,271), ubi loquitur de cognition creatoris quam primus homo habuit ante casum. Dicit enim quod homo cognovit Deum non ea cognitione "qua Deus modo a credentibus absens fide queritur; sed ea qua tunc per presentiam contemplationis scienti manifestius cernebatur."

propria mediante. Hec conclusio suadetur sic: Tam natura angelica quam humana ante peccatum vidit intuitive divinam essenciam et non per clarum intuitum facialem, ergo conclusio. Ista consequencia est bona et maior quoad natura angelicam patet ex processu B.Augustini iv <u>super Genesim ad litteram</u> c.31, usque ad finem libri; et quoad naturam humanam patet ex probacione conclusionis secunde, et minor principalis patet ex conclusione prima.

Quarta conclusio est hec: Anima intellectiva a corpore separata et in statu innocencie constituta intuitive videret divinam essenciam mediante sibi specie concreata. Hec conclusio suadetur sic: Anima intellectiva a coppore separata, et in statu innocencie constituta, haberet tam perfectam intuicionem divine essencie, quam de facto habuit primus parens ex lege status innocencie, et non haberet perfecciorem divine // Fol.20v[b] essencie intuicionem, quam habuit natura angelica ante casum, ergo conclusio. Consequencia patet et totum antecedens.

Quinta conclusio est hec et ultima: Illius actus, quo Adam ex lege status innocencie Deum dilexit, erat species aliqua terminans suum obiectum. Hec conclusio suadetur sic: Illius actus quo Adam ex lege status innocencie vidit Deum, erat species aliqua terminans suum obiectum, ergo conclusio. Consequencia patet quia omnis dileccio et ab ea presupposita intelleccio ad idem obiectum terminantur ..... precise; et antecedens patet ex tercia conclusione, et ex prima istarum conclusionum patet oppositum questionis et per alias quattuor conclusiones.

Ad omnia argumenta difficilia et eorum materias licet exiliter respondetur preter quam ad auctoritatem Magistri superius allegatam, cuius intellectus talis est quod homo ante peccatum sine discursu mediante Deum videbat, qui intellectus nequaquam obviat diccis meis, hec sit saccio etc.

19-20. terminans suum/ MS. Terminus seu.
22. terminans suum/ MS. Terminus sm.

5-6 S.Augustinus/<u>Super Genesim ad Litteram</u> c.31-37(P.L.34, 479-486) (CSEL.28,129-136)

Fol.20v.^{b}

/91/ Utrum ex creacione perpendatur plenum dominium solum.

Arguitur quod non quia etsi creatura fuisset ab eterno adhuc fuisset Deus illius creature dominus sicud ita est, ergo non solum ex creacione etc.

Item preservare creaturam a nihilo est plenum dominium, ergo non creacione solum. Confirmatur: voluntas creata est domina actus sui quia conservat actum, ergo non solum quia producit. In ista materia notat Armacanus libro Primo de pauperie c.iii ubi recitat argumenta Doctoris Profundi.

Item quidquid attribuitur racione adnichilacionis non attribuitur racione creacionis, sed dominium attribuitur racione adnichilacionis, ergo non creacionis.

Respondetur huic et dicitur quod solum creacio est actus pleni dominii et non gubernacio nec sustentacio nec conservacio, ut dicit Armacanus.

Et ad primum dicitur quod conclusio non valet, nec fuisset Deus illius creature dominus nisi secundum partem, et non simpliciter, ideo dicit Basilius in suo Exameron de Opere primi diei, et eciam Ambrosius de Opere eiusdem diei, quod Deus successive res produxit ad esse completum, ut per hoc constaret eum esse plenum dominum, ideo gubernacio nec sustentacio nec conservacio arguunt plenum dominium, eo quod ipsa possunt competere imperatori, regi et patri et multis aliis.

Ad alius dicitur quod adnichilare non est actus dominii nec dominio attribui debet, ut tangit Armacanus libro Primo de Pauperie c. xiiii in principio.

Nec est verum quod Deus aliquam creaturam adnichilabit. Contra gracia creata adnichilatur in peccante mortaliter et gracia creata est creatura, ergo.

8. Armachanus alias Richardus FitzRalph, De Pauperie Salvatoris, lib.I, cap.III, p.282-3 (ed. R.L. Poole for the Wyclif Society 1896, together with the De Dominio Divino of Wyclif.)
18. Basilius. Exameron
19. Ambrosius. Exameron, lib.I, cap.vii, (ed. Migne Paris 1845), p.157 (CSEL.32,27)
26. Armachanus, op.cit., lib.I, cap.xiv, p.299.
15. Ibidem. lib.I.cap.IV.p.285

Dicitur quod gracia non adnichilatur sed manet ut est qualitas, sed non manet gracia ut est gracia.

Sed contra, si manebit qualitas ergo inclinabit sicud prius.

Huic dicitur quod non inclinat sicud prius cum aliis circumstanciis, sed sic est sicud est de habitu liberalitatis qui est in P gracia existenti, qui inclinat ut det quando oportet et prout oportet et sic de ceteris circumstanciis, et de habitu liberalitatis vicioso qui est in lino cui deficiunt circumstancie vel aliqua circumstancia, et est idem habitus specie, est in uno virtuosus et in allo viciosus, quia habitus vic iosus non habet omnes circumstancias moralis virtutis.

Sed contra ista qualitas est supernaturalis ergo supernaturaliter inclinat.

Dicitur quod consequencia non valet quia fides est supernaturalis et tamen non semper inclinat meritorie, sicud demones credunt et non merentur.

[92] Questio disputata in vesperiis domini Ade de Estone monachi Norwyci, responsali Nicholao Redclyf.

Utrum omne votum recte factum Deo debite sit solvendum.

Arguitur quod non primo sic: Quia tunc si aliquis voveat quod numquam peecabit contra aliquod preceptum Dei istud votum debite Deo est reddendum, et tunc si sic vovens peccet contra aliquod preceptum divinum necessario peccabit stante isto voto duobus peccatis mortalibus,scilicet, peccato transgressionis precepti Dei et precepto transgressionis voti sui ad quod observabdum similiter tenetur. Sed consequens est falsum quia quilibet talis sic vovens et peccans si cum hoc vellet peccare tantum uneo peccato mortali et non pluribus, invite peccaret aliquo peccato actuali mortaliter, quod non est verum.

Secundo ad idem sic: Tunc sequitur quod omne votum intrandi religionem adprobatam recte factum esset Deo ex debito reddendum, et tunc in casu in quo quis voveret intrare alteram duarum religionum certarum equalium non determinando quam illarum vovet intrare cum omnibus aliis circumstanciis equalibus, sic vovens teneretur alteram illarum duarum religionum intrare ut reddat votum suum debite Deo. Sed hoc consequens est falsum quia non teneretur ex voto illo magis intrare unam illarum religionum quam alteram, nec tenetur utramque intrare sed alteram tantum, ut patet ex forma voti sui, ergo non omne votum religionis recte factum Deo debite est solvendum, ergo oppositum questionis.

Ad oppositum arguitur quod sic: primo: Nam Deus precepit omne votum recte factum reddi ex debito, quod debitum ipse exigit a sic vovente, quod probatur per illud Deteronomii 23 [v.21]: 'Cum votum voveris Domino Deo tuo non tardabis illud reddere quia requiret illud Deus tuus.' Et concordat huic Augustinus Epistula 28 sic dicens cuidam qui recte vovit: 'Cures reddere quod Deo vovisse te nosti qui est debita exigit et promissa persolvit.'

Secundo arguo ad idem quod sic: Nam Deus consulit homini quod voveat aliquod bonum libere et postea teneatur idem reddeare ex debito, unde dicit per Prophetam Ps.75/v.12/: Vovete et reddite Domino Deo vestro', ubi dicit Glossa sic: 'unde voluntati consulttur'. Sed per voti promissionem necessario reddicio exigitur, et pro illo consilio Dei ad vovendum excitat. Hoc Augustinus ibidem sic: Quisque quod potest voveat et reddat, et non sitis pigri ad vovendum'. Ergo cum Deus consulit recte vovere ut postea reddatur votum necessario et ex debito, sequitur quod omne votum recte factum Deo debite est reddendum.

In respondendo ad istam questionem premitto quasdam conclusiones quarum prima est hec: Omne votum recte factum Deo debite est reddendum. Suadetur: Omne votum ad quod adimplendum propter Deum finaliter viator aliquis obligatur Deo debite est reddendum, sed omne votum recte factum est huiusmodi, ergo conclusio etc. Ista consequencia est bona et maior est manifesta, et minor patet per beatum Augustinum Epistula sua 28 ubi sic ait: 'Quia vovisti ita te obstrinxisti aliud tibi facere non licet.'

Augustinus eciam exponens illud PS.75 /v.12/ ait: 'Vovete et reddite etc. ita dicit: 'quod quis vovere voluerit voveat, il illud attendat ut quod voverit reddat unusquisque Deo quod vovet. Si respiciat /retrorsum/ malum est. Quod autem ait Apostolus de quibusdam qui voverunt et non reddiderunt. Habentes, inquid, dampnacionem quia primam fidem irritam fecerunt. Et quid est primam fidem irritam fecerunt ? Voverunt et non reddiderunt.' Hec Augustinus. //

Fol.21R[b]

Secunda conclusio: Non ex hoc quod quis proprium votum fragit et divinum preceptum transgreditur sequitur ipsum duo peccata mortalia perpetrare. Hec quadetur sic: Possibile est viatorem per solum unum actum frangere votum suum et transgredere Dei preceptum sed impossibile est unum et eundem

7. S.Augustinus, Enarratio in Ps.LXXV.(P.L.36,967).
21. Ibidem.

actum esse duo peccata mortalia ergo conclusio. Ista consequencia est bona et minor est manifesta et maior patet ex hoc quod possibile est idem cadere sub divino precepto negativo et voto proprio viatoris.

Tercia conclusio est hec: Possibile est qliquem viatorem libere peccare a quo omne eius peccatum actuale nolendo efficitur. Pro illius persuasione ponatur quod A actus nolendi peccare sit subiective in anima Petri, et precipiat Deus P quod in fine illius hore velit producere certum effectum exteriorem, et eliciat illum P actum nolendi producere istum effectum qui actus sit B. Quo posito arguitur sic: A et B actus compatiuntur se in anima Petri, sed in illo casu nichil ponitur excludens eorum possibilem coexistenciam in eadem anima Petri pro fine illius hore, ergo possibile est eum eo casu posito quod anima Petri pro fine illius hore tam A actus quam B actu pariter informetur, sed ex informacione anime Petri per A actum sequitur Petrum nolle peccare, et ex informacione anime Petri per B actum pro fine illius hore et ex casu posito sequitur Petrum libere peccare, ergo conclusio.

Quarta conclusio sit hec: Omne tale per cuius implecionem votum secundum formam voti debite et plenarie persolvitur cadit aut cadet implicite seu explicite sub eodem. Suadetur sic: Omne tale per cuius implecionem votum secundum formam voti debite et plenarie persolvetur, est aut erit debitum ex eodem, et eius obligacionem dissolvet. Sed omne tale cadit aut cadet sub voto, ergo conclusio.

Quinta conclusio est hec: In casu quo quis recte vovit secundum formam voti penitus indistinctam ingredere alteram duarum religionum precise equalium, unam illarum finaliter ingressurus, ad ingrediendam illam religionem ex voto huiusmodi obligatur, per cuius ingressum illud votum secundum formam voti debite et plenarie persolvetur. Suadetur hec conclusio sic: In casu quo quis vovet secundum formam voti penitus indistinctam ingredi alteram duarum religionum precise equalium unam illarum finaliter ingressurus illam religionem ingredi cadit sub voto, per cuius ingressum votum illud secundum

formam voti debite et plenarie persolvetur, sed ad omne tale quod cadit sub voto vovens aliquis vere obligatur, ergo conclusio. Ista consequencia est bona, et minor est manifesta, et maior patet ex conclusione quarta.

Per hec ad questionem et ad argumenta etc.

/93/ Questio est ista: Utrum voluntas divina sit eque libera ad intra sicud ad extra. Arguitur quod sic: quia est eque voluntas ad intra sicud ad extra, ergo est eque libera ad intra sicud ad extra.

Ad oppositum: Voluntas divina non est libera ad intra et ad extra, ergo questio falsa.

Respondendo ad istam questionem primo suppono quod voluntas divina eo sit libera ad intra quo libere producit ad intra, et eo sit libera ad extra quo libere producit ad extra.

Secundo suppono quod voluntas divina eo sit voluntas ad intra quo vult ad intra, et eo sit voluntas ad extra quo vult ad extra. Quibus suppositis sit hec conclusio mea prima: Voluntas divina ad intra est liberior quam ad extra. Hec conclusio suadetur sic: Voluntas divina quam producit ad intra precise tam est libera ad intra et quam producit ad extra precise tam est libera ad extra, sed voluntas divina ad intra producit perfeccius quam ad extra, ergo conclusio.

Secunda conclusio est hec: Voluntas divina est voluntas ad intra perfeccius quam ad extra. Hec conclusio suadetur sic: Voluntas divina qua vult ad intra precise tam est voluntas ad intra, et qua vult ad extra precise tam est voluntas ad extra; sed voluntas divina vult ad intra perfeccius quam ad extra, ergo conclusio.

Tercia conclusio est hec: Voluntas divina non infinite simpliciter producit ad intra. Hec suadteur sic: Nulla persona in divinis infinite simpliciter est persona, ergo conclusio.

Quarta conclusio est hec: Voluntas divina infinite simpliciter potest producere. Hec suadetur sic: Voluntas divina est potencia simpliciter infinita, ergo conclusio.

Quinta conclusio est hec: Voluntas divina non potest producere simpliciter infinite. Hec suadetur sic: Voluntas divina non potest producere magis simpliciter quam producit ad intra; sed voluntas divina finite simpliciter producit ad intra, ergo conclusio. Per hec patet responsio ad questionem et argumenta adducta pro parte affirmativa questionis: nam prima conclusio negat questionem sub forma qua proponitur, et secunda conclusio negat antecedens primi argumenti, et sic patet responsio.

/94/ Questio: Utrum Christus Dei Patris sapiencia iuste suis distribuit penas et premia. Et quod non arguitur: Quia Christus non est Dei Patris sapiencia, ergo questio minus vera. Antecedens probatur sic: Dei Patris sapiencia est ipsemet Pater qui non est incarnatus, sed Christus est incarnatus, ergo Christus non est Dei Patris sapiencia, sicud nec Christus est Pater.

Secundo probatur primum antecedens sic: Dei Patris sapiencia fuit ab eterno sicud et Deus Pater, sed Christus non fuit ab eterno, ergo Christus non est Dei Patris sapiencia. Consequencia patet et maior et minor arguitur sic: Christus est homo, et nullus homo fuit ab eterno, ergo etc.

Secundo sic: Christus suis distribuit penas et premia et non secundum eorum merita seu demerita, ergo Christus non iuste suis distribuit penas et premia. Consequencia patet et antecedens probatur sic: Sapio Petrum nunc primo natum et predestinatum ad vitam, et Antichristum nunc primo natum et prescitum ad mortem; nunc ille Antichristus necessario dampnabitur et non necessario peccabit, et modo non peccat nec unquam antea peccavit, ergo stat ipsum dampnari et non secundum merita sua nec propter demerita sua. Similiter predestinatus necessario salvabitur et non necessario propter merita sua, ergo antecedens.

Tercio sic: Petrus plura beneficia Dei recipiens quam Paulus pro certo actu meritorio ceteris paribus magis premiabitur a Deo, ergo questio minus vera.

Alia responsio ad istam in alio quaterno ad tale signum /-/-/ (fol.18v.)

Ad oppositum et pro veritate huius questionis est Apostolus prima ad Corinthios, cap. primo /v.24/ ubi sic: Christus est Dei virtus et sapiencia.' Et quantum ad secundam partem est Apostolus ad Romanos, cap.2 /v.5/ ubi dicit: quod Deus iusto suo iudicio reddet unicuique iuxta opera sua.'

Pro responsione premitto quasdam conclusiones quarum prima est hec: Omnis sapiencia que est Deus Pater est Deus Filius qui licet eternaliter fuit Deus, tamen incepit temporaliter esse Christus. Hec suadetur sic quoad primam eius partem: Deus Pater et Deus Filius sunt precise una sapiencia, ergo omnis sapiencia que est Deus Pater est Deus Filius. Consequencia patet et antecedens est beatus Augustinus 5 de Trinitate cap.13.

Secunda pars et tercia conclusionis patent ex Symbolo Athanasii, 'Eternus Pater eternus Filius', unito illo quod sequitur in eodem 'Homo est ex substancia matris in seculo natus'.

Alia conclusio est hec: Christus Dei Patris sapiencia predestinato cuilibet aut prescito penas aut premia distribuet contingenter. Hec suadetur sic: Christus Dei Patris sapiencia predestinato cuilibet aut prescito penas aut premia distribuet libere contradictorie, ergo conclusio.

Tercia conclusio est hec: Christus Dei Patris sapiencia omnes viatores qui decedunt aut decedent cum equalibus meritis precise equaliter premiabit. Hec suadetur sic: Christus Dei Patris sapiencia omni decedenti cum proprio merito aut demerito reddet secundum opera sua, ergo conclusio. Ista consequencia est bona et antecedens patet per illud ad Romanos cap.11 /v.5/ 'Reddet unicuique secundum opera sua', et per illud Apocalypsis 22 /v.12/: 'Ecce venio cito et merces mecum est reddere unicuique secundum opera.'

---

15. Augustinus, De Trinitate VII, cap.2 (P.L.42,936)
16-19. Athanasius, Opera omnia, Symbolum Quicunque. (P.G.28, 1582, 1583)

Quarta conclusio est hec: Christus Dei Patris sapiencia distribuens penas et premia sicud nullum prescitum potest iniuste punire sic nullum predestinatum potest aliquem iniuste premiare.

Hec suadetur sic: Christus Dei Patris sapiencia que non potest peccare sicud scribitur in Matheo 25: 'dicit electis: Possidete paratum vobis regnum, [v.34], et reprobis: Ite in ignem eternum, [41] ergo conclusio.

Per istam quartam conclusionem patet veritas questionis et per alias tres patet ad argumenta responsio sic licet insufficiens hec etc.

---

[95] Alia responsio est cuius conclusio prima est: Christus non temporaliter incepit esse.

Secunda: Premium nobis collatum est ex gracia et tamen confertur ex debito.

Tercia: Christus respicit ad equalitatem meritorum conferendo equalia et inequalia.

Quarta: Deus nec pro meritis predestinat hec reprobat, et tamen pro eis confert equalia vel inequalia.

Contra primam arguitur: Christus non eternaliter fuit et est, ergo incepit esse.

Item nullum predestinatum eternaliter fuit, Christus est predestinatus, ergo non eternaliter fuit.

Item hoc quod est Christus temporaliter incepit esse, ergo Christus incepit esse. Antecedens sic: Iste homo qui est Christus incepit esse, et iste est Christus, ergo.

Item substancia matris incepit esse, Christus est substancia matris, ergo. Et eciam sequitur quod quidquid est ex substancia matris incepit esse. Confirmatur: Nihil quod est hec mater eternaliter fuit, ergo nihil quod est de substancia matris eternaliter fuit.

Item Deus non est predestinatus, sed Filius Dei, et Filius Dei est Deus, ergo.

Item omnem predestinatum precedit predestinacio, Christus est predestinatus, ergo.

Item Deus est trinus, Christus est Deus, ergo.

Contra secundam conclusionem arguitur: Collatum ex gracia nihil exigit in recipiente, sed collatum ex debito exigit; sed nihil simul exigit et non exigit, ergo.

Confirmatur: Nihil est collatum quod simul aliquid exigit et non exigit, sed collatum ex gracia et ex debito exigit et non exigit, ergo.

Item quam repugnat gracie quod sit debita, tam repugnat collato ex gracia quod sit collatum ex debito, sed simpliciter repugnat gracie quod sit debita, ergo et collato.

Item si non foret meritum nisi per graciam, ergo quanto quis haberet maiorem graciam minus meretur eo quod pro gracia plus obligatur ex beneficio, et eciam sequitur quod predestinatus ergo minus peccat quam // (cf.F.22R[a]) reprobatus si consimiliter eliciat in gracia, et minus meretur predestinatus quam reprobatus.

Contra terciam et quartam arguitur: Christus non pro meritis predestinat nec reprobat, et Jacob et Esau contulit inequalia. Ergo conferendo inequalia respicit inequalia.

Item aliquis potest mereri alteri primam graciam, ergo per idem contumacionem gracie, ergo et predestinacionem, et tunc predestinacio foret ex meritis.

Item sequitur: iste est predestinatus et iste semper erit, ergo semper erit predestinatus. Si negetur stet oppositum.

Item quod obligacio non diminuit de racione meriti. Probatur: quia aut obligacio est circumstancia augens meritum vel minuens vel imparciens. Non augens nec minuens, ergo imparciens. Si augens, contra, obligatur pro primo instanti et pro omni instanti quantum pro illo, ergo /In/ infinitum obligatur; et quod obligacio non auget probatur: ponatur quod PE obligatur ad A vel B in hora disiunctive, et quod PA ex equali gracia faciat utrumque. Tunc sic: PE non obligatur ad agendum A, ergo meretur agendo A, ergo eadem racione non meretur agendo B, ergo. Stude.

/96/ Utrum in memoria viatoris sit impressa species intelligibilis perfectissime Trinitatis.

Et arguitur quod non, quia data veritate sequeretur quod naturali cognicione posset cognosci Trinitas perfectissima. Consequens suadetur esse falsum.

Secundo sic: quecumque species in memoria est representativa obiecti proprii, sed nullius speciei in memoria est Trinitas perfectissima obiectum proprium, ergo per nullam speciem in memoria est ipsa Trinitas perfectissima intelligibilis.

Ad oppositum est Magister Sentenciarum, lib. primo, Dist. 2, recitans illud Augustini: 'Pater et Filius et Spiritus Sanctus, hec Trinitas unius eiusdemque substancie et essencie esse creditur, dicitur et intelligitur.' Sed Trinitas intelligi non potest a nobis nisi per speciem, ergo illius est aliqua species intelligibilis in memoria viatoris.

Pro responsione pono duas conclusiones, quarum prima est hec. Licet in memoria viatoris nulla sit species simplex et propria Trinitatis increate, Trinitatem tamen a viatore possibile est cognosci naturali cognicione.

Prima pars suadetur sic: Omnis species rei propria in memoria viatoris impressa est a proprio fantasmate rem ipsam singulariter representante per operacionem intellectus abstracta. Sed de Trinitate nullam haberi poteri fantasma ipsam singulariter representans, quare in viatoris memoria non est Trinitatis perfectissime propria species impressa.

Secunda pars arguitur, videlicet, quod Trinitas a viatore possibile est cognosci naturali cognicione, quia Deum est possibile cognosci naturali cognicione, et omnis Deus est Trinitas ergo etc.

Secunda conclusio sit hec: Non ad cuiuslibet rei noticiam oportet habere speciem propriam eiusdem rei impressam.

---

10. Lombardus I Sent., D. 2, c. I (Ed. Quaracchi, 1916).

Suadetur hec sic: Nam secundum Commentatorem 2 De Anima, Commento 15, et 3 Commento 31, ymaginativa per species rerum sensatarum fabricat sibi formas ymaginabiles, quarum individua numquam fuerant ante sensata. Cum ergo virtus inferior et extensa aliquid poterit cognoscere, cuius numquam habuit speciem impressam propriam et singularem, a forciori poterit intellectus, cum sit virtus nobilior, et hoc sibi non repugnet.

CONCLUSIONES

/97/ In ordine universi nullius rei privacio essencialiter et per se est peccatum quovismodo

/98/ Creaturam racionalem esse in ordine universi sine peccato et sine gracia est possibile.

/99/ Quam mala est mortalis culpa, tam bonus potest esse actus procedens ex gracia. //

Fol.22R[b]

/100/ Utrum creatura beata uno actu vel pluribus beatifica quietetur. Probatur quod non:

Primo quia nulla creatura quietatur in aliquo quod est ordinate sub alico actu diligibile.

Secundo, nullus actus reflexus est ultimus, ergo nullo tali quietatur ultimate.

Pro responsione pono quinque conclusiones, quarum prima est hec. Ad beatitudinem perfectam et quietam tres actus beatifici requiruntur.

Secunda est hec: Creatura racionalis beata unico actu recto beatifico quietatur.

---

1. Averrhoes, II De Anima, Comm.153.fol.130v.
2. " III De Anima, Comm.31, fol.171v.

Tercia est hec: Securitas que est pars essencialis beatitudinis est in potencia irascibili ultimate.

Quarta est hec: Certitudo beati de beatitudine accidit beatitudini et posterior est eadem.

Quinta est hec: Quilibet creatura beata intrinsece quietatur actu ordinate diligibili propter aliud.

Contra primam arguitur:

Nulla creatura est beata nisi omnes sue potencie quietentur sed quattuor sunt potencie, puta, intelleccio, voluccio, et memoria et securitas, ut patet per terciam conclusionem, et non omnes quietantur, ergo etc.

Dicitur forte quod memoria, racione qua memoria, non habet actum sed solum conservat, sed solum anima agit intelligendo species in ea;

Contra intellectus, voluntas et memoria sunt distincte potencie, ergo distincte beatificabiles, ergo respectu cuiuscumque est dari actum quo posset beatificari, ergo memoria habet actum beatificabilem.

Item memoria meminit se ergo habet actum.

Item principaliter actuare corpus est quedam potencia anime et illa non est beatificabilis, ergo non quelibet potencia est beatificabilis, et anima non beatificatur nisi omnes potencie quietantur, ergo.

Contra secundam arguitur:

Quilibet actus beatificus formaliter quietat subiectum suum immediatum, sed tres sunt actus beatifici per datum, ergo non tantum uno actu formaliter quietatur.

Item sic: quodlibet accidens natum est denominare subiectum suum proprium, sed cum illi tres actus beatifici sint accidencia, ergo nati sunt denominare substanciam suam esse beatam, ergo non solum uno actu formaliter est ipsa anima beata.

Item intellectus est beatificabilis et nonnisi per actum suum ergo sicud actus voluntatis beatificat voluntatem formaliter sic et actus intelleccione vel racio quare non.

Contra terciam arguitur sic:

Quia tunc sequitur quod nullus angelus est secure beatus nec primus parens si stetisset, nam potencia irascibilis ipso parente non fuisset tensiva in obiectum proprium, cum obiectum potencie irascibilis sit bonum arduum vel malum arduum, secundum Philosophum. Sed nihil quod obiicitur sub racione boni ardui vel mali ardui quietat, ergo etc. Nec angelus per idem esset beatus cum in ipso nulla potencia sit irascibilis.

Item sic illa consequencia est bona A creatura est certa de beatitudine, ergo est secura de beatitudine, ergo quidquid sufficit ad veritatem antecedentis sufficit ad veritatem consequentis, sed sola intuicio sufficit ad veritatem antecedentis ergo securitas non requiritur.

Item sic: singno actum potencie irascibilis vel terminatur ad Deum vel ad creaturam. Si ad Deum est intuicio, si ad creaturam tunc non est beatus.

Si dicatur quod non est idem securitas et intuicio, ergo staret unum esse secure beatum et non cognoscere se esse beatum.

Item stat quod Deus subducat actum beati in quo consistit formaliter beatitudo conservando securitatem in irascibili vel econtra, tunc foret potencia quietata et tamen non foret beata.

Item si beatitudo sit formaliter in voluntate, sequitur quod potest esse beatus non intelligendo se esse beatum, cum non dependeat ab intellecctione.

Item si Deus crearet creaturam potencia irascibili, puta, angelum, et beatificaret tunc ille non foret securus de beatitudine eo quod non est in eo potencia irascibilis, in quo consistit securitas.

Item si Deus per infinitam mensuram beatificaret angelum non certificando ipsum, tunc in eternum foret talis beatus et tamen de beatitudine sua foret non securus.

Item contra secundam conclusionem:

Si tres actus formaliter requiruntur ad beatitudinem, ergo qua racione beatitudo consistit formaliter in uno, consistit in omnibus vel causa quare non.....

PROPOSICIONES WYCLIF IN DETERMINACIONE SUA

/I01/

PRIMA: Deum esse probari potest per infallibilem demonstracionem a puro philosopho.

SECUNDA: Deus est tante bonitatis, perfeccionis et potencie quante aliquis sine formali repugnancia potest esse.

TERCIA: Quamvis ex processu Philosophi deduci potest Deum esse potencie infinite, processui suo tamen repugnat ipsum esse potencie infinite intensive.

/1027 Utrum creatura magis teneatur Deo pro beneficio creacionis vel redempcionis. Videtur quod creacionis, quia magis beneficium fuit collatum in creacione quam redempcione, ergo. Antecedens patet quia in creacione fuit collatum totum esse et in redempcione solum esse spirituale et gratuitum, ergo.

Ex quo magis beneficium plus obligat, sequitur quod plus tenetur pro creacione quam redempcione.

Item ex contrario: creatura tenetur pro utroque, ergo vel equaliter vel plus vel minus. Si equaliter, ponatur quod sint due equales in naturalibus quorum unus sit redemptus alius non; tunc ex contrario: beneficia creacionis et creacionis sunt equalia in se, sequitur quod redemptus sit precise in duplo plus obligatus quam alius non redemptus. Tunc stat quod Deus creet unam creaturam in suis naturalibus eque perfectam sicut est illa redempta creatura, et aliam in duplo perfeccioremem, et sic in infinitum, ergo stat quod sit aliqua creatura que plus tenetur pro beneficio creacionis quam redempcionis, et quod non plus tenetur creatura pro beneficio redempcionis quam creacionis patet per Anselmum, Primo Cur Deus Homo, c.20.

Ad oppositum est Augustinus De Questionibus Veteris et Nove Legis cap.primo. Dicunt aliqui quod obligacio que procedit ex dilectione potest capi triplicitер, videlicet, pro potencia que secundum se nata est terminare actum illum, vel est racio precedens actum illum propter quem natus est actus ille elici circa illud obiectum, vel pro racione illa que concomitatur actum sit elicitum.

---

20. Anselmus, Cur Deus Homo, lib.I,cap.20. (Ed.F.S.Schmidt in Florilegium Patristicum, fasc.xviii, p.32.

22. Augustinus, De Questionibus Veteris et Novi Testamenti cap.I. (P.L. 35,2215)

/103/ Argumentum ad probandum quod creatura potest esse impeccabilis. Nam si Deus creet graciam et subordinat voluntatem creature illi gracie, tunc foret creatura talis impeccabilis. Probatur quia non posset elicere actum oppositum illi gracie, et nullus alius actus illius creature foret peccatum nisi oppositus gracie illi, ergo.

/104/ Argumentum contra necessitatem antecedentem. Contra signo duos angelos, et sit ante casum angelorum gracia argumenti. Tunc illi sunt eiusdem speciei et unus potest peccare ergo et alius et alius non peccabit, ergo non necessario, quia etsi non peccabit, adhuc tamen potest peccare. Item.

/105/ Argumentum ad probandum quod creatura beata potest habere cognicionem abstractivam. Ponatur quod creatura beata componet sic: Deus non est creatura, tunc respectu huius est cognicio et non intuitiva ergo abstractiva. Antecedens patet cum omne obiective intuitum sit positum affirmative et non negative. Tunc si P cognoscat et fundatur ordinate abstractive modo vie, et PE cognoscat abstractive et fundatur modo patrie, et Gabriel solum intuitive. Tunc arguitur contra necessitatem sic: Qualitercumque vult P taliter vult PE; sed libere contradictorie vult P, ergo libere contradictorie vult PE, ergo eadem racione libere contradictorie potest Gabriel velle. Probatur quia eadem condicio que est in P et PE respectu intelleccionis, eadem est respectu volicionis, sed libere abstrahunt quod libere velle possunt, sed cum volucio in Gabriel et PE sunt eiusdem speciei, ergo et Gabriel potest libere velle contradictorie et eciam intelligere.

/106/ Utrum ad ymaginem Trinitatis increate a Deo temporaliter res aliqua extra exemplariter producitur.

Probatur quod non, quia Trinitas increata non est productiva ad extra.

24-25. MS. PE respectu intelleccionis, sed libere abstrahunt, eadem est respectu volicionis, sed quod libere velle possunt.

31. productiva/ MS. productivus.

Secundo sic: In Deo non est Trinitas increata, ergo.

Ad oppositum est fides et auctoritates multe.

Pro responsione pono 5 conclusiones.

Prima: Necessitas immutabilis divine essencie est pura contingencia cuiuslibet mutabilis creature.

Secunda: Nec contingenter nec necessario a simpliciter non esse, est aliquid a Deo ad extra temporaliter producibile.

Tercia: Trinitas increata que temporaliter non mensuratur per creacionem, temporaliter ad extra producit.

Quarta: Trinitas increata accione eterna temporaliter est producens ad extra.

Ultima: In libro create universitatis invenitur et legi pote est Trinitas increata per impressionem.

Contra primam arguitur: Ponit hec opinio quod esse creature in genere suo infinite distat ab esse exemplaris, quod est Deus. Tunc arguitur sic: Quam contingenter hec creatura est, tam hec creatura est, sed infinite contingenter est, ergo infinite est. ergo eque sicud Deus infinite est, ita infinite hec creatura est.

Item sic: Necessitas immutabilis est pura contingencia creata, ergo vel necessario vel contingenter.

Item sic: Talis contingencia est omnino extrinseca creature, ergo staret creaturam esse sine contingencia, cum talis contingencia formaliter sit ipse Deus, sicud de peccante mortaliter.

Contra secundam arguitur sic: A nullo esse Deus creat materiam primam, ergo a simpliciter non esse..

Item si nihil a simpliciter non esse foret creabile, ergo nec ens actu ad simpliciter non esse foret adnihilabile vel corrumptibile, nec tunc Deus de potencia absoluta posset aliquid adnihilare.

Item tanta est distancia a nihil esse creature ad esse creature, sicud ab esse ad non esse creature simpliciter.

Sed a nihil esse potest esse creatura, ergo, ad non esse simpliciter potest esse adnullacio, et econtra a non esse simpliciter potest esse creacio et ad nihil esse potest esse corrumpcio.

Contra terciam arguitur sic: Quam Deus non mensuratur tempor in creando, tam non mensuratur alia produccendo ad extra, ergo nihil temporaliter producit ad extra.

Item omnis accio Dei est Deus, ergo eque immensurabilis est respectu omnis sue accionis. Sed produccio Dei ad extra est accio Dei ergo illa accio est sine mensura temporis sicud ipse Deus est immensurabilis. Si dicatur quod nulla produccio Dei ad extra est Deus tunc sic: creacio est produccio Dei ad extra, ergo illa non foret Deus, ergo creacio est temporaliter mensurabilis. Consequens contra conclusionem, et si foret Deus tunc non foret mensurabilis sicud nec Deus.

Item contra quartam arguitur. Nulla accio Dei ad extra est Deus, sed aliqua est accio Dei ad extra eterna, ergo est aliqua accio eterna que non est Deus. Stude....

fol.22v[b]

/107 Utrum in viatoris intellectiva memoria cuiuscumque rei intelligibilis sit species impressa.

Videtur quod non, quia tunc sequitur quod in memoria foret species impressa. Consequens falsum.

Secundo: Species esset in aliquo genere cause respectu intelleccionis.

Tercio sequitur quod quodlibet intelligibile posset causare speciem.

Ad oppositum sunt doctores.

Pro isto breviter pono unam conclusionem, supponendo quod intellectiva memoria sit ipsa anima viatoris.

3° Sit hec conclusio: Ad omnem intellecc̃ionem actualem in intellectiva memoria viatoris requiritur species recepta vel innata que se habeat modo cause. Probatur sic: Omnis actualis intelleccio in memoria intellectiva viatoris ter-

minatur immediate ad obiectum presens vel representatum, quod se habeat modo cause, sed solum species innata vel recepta est immediate terminativa tamquam obiectum presens vel representatum, quod se habet modo cause, ergo ad omnem intellecc ionem actualem in intellectiva memoria viatoris requiritur species innata vel recepta que se habeat modo cause. Per istam patet responsio.

[Nicholas de Aston]

(M.S.Worc.F.65 ff.22v^{b} - 23v^{a}
" Oriel 15, ff.205R^{a}- v^{b} = O)

[108] Utrum ad omnem accionem cause secunde coefficiencia prime cause necessario requiratur.

Arguitur quod non quia creaturam agere Deo non coagente nullam contradiccionem includit. Ergo est simpliciter possibile creaturam agere Deo non concurrente. Ponatur ergo quod Deus creet talem creaturam et sequitur oppositum articuli.

Item omnem activitatem, potenciam et modum agendi potest Deus communicare creature, quibus communicatis et tamen non sequitur creaturam equari creatori, quia ipsa communicacio est distincio sufficiens inter eos; eciam talis creatura non posset creare sed producere de alico, tunc si Deus communicaret sic creare sequitur quod ipsa posset agere Deo non cogente.

Item sic: Aliud est Deum velle creaturam posse agere A, et Deum velle creaturam agere A: posset ergo Deus velle creaturam posse agere A, non volendo ipsam agere A; vel stat ergo, cum illis paribus, creaturam posse agere A vel non. Si potest, tunc potest creatura agere A Deo non volente ipsam agere A. Ponatur ergo et habetur propositum. Si non, contra; Deus vult creaturam posse agere A, ergo creatura potest agere A.

9. quibus./ MS. cuiuslibet)
1. coefficiencia,/ O.efficiencia.
3. arguitur...quia,/ O. quod non arguitur sic;coagente, O. agente.
5. concurrente,/ O. coagente.
5-6. ponatur...articuli,/ O. ergo creaturam talem potest Deus creare, creet ergo talem creaturam Deus,et sequitur falsitas articuli.
8. Item...agendi,/ O. Secundo sic: omnem activitatem et omnem potentiam et omnem modum agendi.
9. quibus...tamen,/ O. quibus communicatis.
10. creaturam,/ O.ipsam.
10-14. quia...coagente,/ O. sed stat distincio sufficiens inter ipsam et creatorem,quare si Deus etc. communicaret creature potenciam qua posset agere Deo non coagente non sequitur ipsam equari creatori,quia cum hoc stat quod ipsa non posset creare sed solum producere ex alico Deo non cœagente. Potest ergo Deus communicare hoc creature, communicet et sequitur propositum.
15. Item/O.Tercio: 15-61. et Deum..,agere A./ O. et creaturam agere A. 16. velle creaturam,/ O. creaturam velle.
17-18. vel stat ...vel non,/ O. cum illis paribus.
18-19. si potest, tunc potest,/O.si sic potest ergo creatura.
19. agere A,/ O.agere. 20. si non,/ O. si non potest.
21. ergo....A,/ O. ergo etc.

Item sic: Si ad omnem accionem cause secunde concurrat Deus, vel ergo finite tantum, vel infinite tantum. Si infinite, ergo effectus erit infinitus vel aliter. Si infinite concurrat, tunc tantum efficeret ad actum illum sicud si mere naturaliter concurreret: sed si mere naturaliter ageret produceret effectum infinitum, ergo et nunc vel sic. Si infinite concurrat sequitur quod a proporcione equalitatis provenit accio. Probatur consequens sic: Agat ignis in aquam, tunc si infinite concurrit Deus cum igne in agendo, et infinite cum aqua in resistendo, ergo a proprocione equalitatis provenit accio. Si dicatur quod solum finite concurrit ergo potest per potenciam finitam supplere efficienciam illam, et per consequens ad actum illum non est efficiencia Dei necessario requisita, quia finitas concursus Dei et accionis creature sunt proporcionales, potest ergo Deus per aliam creaturam supplere.

Item si ad omnem accionem etc., ergo nullius potencie est aliqua potencia creata: quod arguitur sic: infinite modice potencie est aliqua potencie creata vel esse potest in eadem specie, sed nulla est alia minor, ergo infinite modice potencie est quelibet vel nullius potencie est aliqua; et quod nulla sit alia minor in eadem specie arguitur: In omnem actum in quem potest aliqua potencia potest quelibet in eadem specie, cum in omnem actum

1. Item, O. Quarto; accionem... Deus, O. accionem concurrat Deus
2. infinite tantum, O. infinite.
3. concurrat, tunc, O. concurrat Deus.
4-5. concurreret, O. ageret.
6. concurrat, O. concurrat Deus.
7. a, O. ex; provenit, O. proveniret; Probatur consequens, O. probo consequenciam.
8. agat... tunc, O. quod ignis agat in aquam item.
9. infinite, O. infinite concurrit Deus; in resistendo, O. resistendo. 10. provenit, O. proveniret.

10-15. Si... supplere, O. si finite concurrit Deus et creatura finite efficit, sunt ergo isti duo effectus proporcione, possunt ergo provenire a causis proporcionalibus respectu eiusdem effectus, et per consequens deducta efficiencia non est necessario requisita ad actum illum producendum vel aliter. Si finitus, possit ergo Deus supplere efficienciam illam per potenciam infinitam et per consequens non est ad omnem actum efficiencia Dei necessario requisita, cum ille actus solum potest esse a potencia finita.

16. Item, O. Quinto; omnem accionem etc., O. omnem etc.
17. arguitur sic, O. quod arguo sic.
19. minor, O. maior. 20. nullus potencie, O. maioris potencie.
20. alia minor, O. maior. 21. arguitur, O. probatur.
22. potencia, O. potencia in aliqua specie.
22. in eadem specie, O. in eadem.

in quem potest Deus cum aliqua potencia in consimilem potest cum qualibet eiusdem speciei et equaliter, cum penes aliquod non potest potencia attendi quam penes actum in quem potest, ergo videtur quod non sit aliqua maior alia in eadem specie.

Item si sit necessario requisitus, vel ergo prius vel posterius vel eque primo. Non prius quia tunc ad actum peccati preveniret Deus racionalem creaturam in agendo, aut ergo creatura racionalis habens actum illum habet actum illum sicud Deus vult eam habere vel non: si non, non esset impleta voluntas Dei: si sic, tunc in habendo actum illum non peccat, cum in habendo actum illum voluntati divine se totaliter conformat; et si in habendo peccat tunc sequitur quod Deus vult eam peccare, quod est impossibile penes me. Sed quia aliqui videntur hoc asserere arguo contra eos sic: Peccatum ea racione qua peccatum nullam habet racionem boni nec habere potest, ergo peccatum ea racione non potest esse vollubile a Deo: ergo in casu esset possibile quod aliquis eligeret peccare consequens falsum, quia malum racione qua malum non habet racionem eligibilitatis.

---

2. Cum....speciei, O. cum in eadem specie.
3. quam, O. quod.
4. maior alia, O. maior.
6. Item....vel, O. Sexto sic: si accionibus causarum secundarum concursus prime esset necessario requisitus.
7. eque primo, O. eque primo agit Deus cum creatura:
8. preveniret, O. preveniret.
9. habens, O. precise habendo 10 eam, O. eum.
10. vel non, O. aut non.
11. voluntas Dei. Si sic, O. et sic esset frustrabilis, quod est impossibile cum ipsa sit infinite potencie. Si habeat actum illum sicud Deus vult eum habere actum illum.
12-15. cum....contra eos sic, O. eo quod totaliter conformat se voluntati divine. Item si habeat actum illum precise sicud Deus vult eum habere, et in habendo peccat, vult ergo Deus eum peccare, et per consequens Deus vult peccatum, quod est impossibile. Sed quia videntur hoc asserere, arguo sic.
16. ea racione, O. sub racione.
16-18. habet....a Deo, O. racionem boni habet vel habere potest quia si sic posset ergo conformari dictamini recte racionis.
19-20. consequens....eligibilitatis, O. quod est impossibile quia peccatum sub racione qua peccatum non habet racionem eligibilitatis nec habere potest cum nullum malum sub racione qua malum est volubile.

Item si Deus vellet peccatum tunc potest Deus precipere homini peccare. Ponatur ergo quod precipiat: aut ergo peccat conformando se precepto aut non. Si peccat conformando, contra conformat se dictamini recte racionis et implet preceptum ad quod tenetur, ergo non peccat. Si non peccat, contra non conformat se precepto, ergo peccat.

Item si Deus vellet peccatum potest Deus revelare quod vellet hominem peccare. Revelet ergo, tunc aut tenetur peccare aut non. Si non tenetur velle sicud scit Deum velle ipsum velle tunc non tenetur conformare voluntatem suam voluntati divine. Si tenetur ergo faciendo quod tenetur peccat, eciam sequitur quod faciendo quod tenetur non peccat.

Nunc arguo principaliter, videlicet, quod Deus non prevenit in agendo, sic: Si in omni instanti nature in quo produceret Deus A effectum, produceret creatura A effectum: si A sit effectus communiter producendus a Deo et creatura, sequitur quod non prius natura produceret Deus A quam creatura. Ista consequencia est bona, antecedens verum, ergo consequens. Quod consequencia sit bona probatura simili: Si in omni instanti temporis in quo producit Deus A effectum, producit creatura A effectum, tunc non prius producit Deus A effectum quam creatura. Antecedens arguo sic://

1-12. Item....peccat. O. Item sic ad idem: Si Deus vellet hominem peccare et esse quod Deus vult fieri, potest precipere ut fiat, posset ergo Deus precipere quod ille homo peccaret. Ponatur, aut ergo conformando se precepto peccaret vel non. Si sic, contra, conformat se dictamini recte racionis vel facit quod tenetur, ergo sic faciendo non peccat. Si non peccat ergo non conformat se precepto, ergo peccat.
Item sic: Si Deus vult hominem peccare revelare potest quod velit ipsum peccare, et facta sibi revelacione vel tenetur peccare vel non. Si non, non tenetur velle sicud scit Deum velle ipsum velle, et sic non tenetur conformare voluntati divine voluntatem suam. Si tenetur, ergo peccando facit sicud tenetur. ergo non peccat.
13. nunc...videlicet, O. aliter probatur: prevenit, O. prevenit creaturam.
15-16. Si A...sequitur quod, O. sit A effectus producendus a Deo et a creatura ergo.
17-18. ista...verum, O. consequencia patet et antecedens est verum.
18-19. quod...simili, O. consequencia probatur per similem.
20-21. tunc...creatura, O. non prius tempore produceret Deus quam creatura, ergo etc.

Probo quod in omni instanti nature etc.: Incipiat Deus ab hoc instanti exclusive producere A effectum,et sic succesive per horam, et incipiat similiter creatura racionalis ab hoc instanti exclusive producere A effectum per horam, tunc in omni instanti intrinseco istius hore tam temporis quam nature in quo Deus producit creatura producit cum nulla racio potest signari quare creatura producit in uno instanti nature quam in alio, et cum erit produccio per horam sequitur quod in omni instanti illius hore et nature in quo creatura producit quod Deus producit, et econtra, et per consequens non prius Deus quam creatura,et quod non eque primo natura producit Deus sicud creatura arguo sic: quia sequitur creatura producit ergo Deus producit, et non econtra,ergo Deum producere est prius. Patet consequencia per Philosophum 5 Metaphisice et predicamentis ?, prius est illud quo posito non ponitur aliud. Sed econtra hinc dicunt aliqui quod ad actum volucionis creature concurrant Deus et creatura,sed Deus posterius: tunc sequitur quod staret agere creature respectu actus sui liberi subducto agere divino, et per consequens non ad omnem accionem coefficiencia Dei necessario requiritur.

Item sic: Deus est infinite potencie,ergo potest in omne illud quod est magis posse quam non posse. Sed posse creare creaturam que posset in actum suum Deo non coagente ad eumdem actum

---

1. quod in omni, O. in omni; incipiat, O. et incipiat.
3. ab hoc, O. ab eodem.
4. per horam, O. per eandem horam.
6. producit, O. producet.
7-8. quam...horam, O. et non in alio cum produccio erit continue per horam.
8-10. in omni....econtra, O. in quolibet instanti nature in quo Deus producet et creatura producet et econtra.
11. Deus quam creatura, O. producet Deus quam creatura nec eque primo natura producit Deus sicud creatura quod.
14. 5 Metaphisice et predicamentis, O. 8 Physicorum.
16. hinc, O. sed hinc.
16. volucionis creature, O. voluntatis.
17-19. tunc...agere, O. sed contra istam staret accio.
20. coefficiencia...requiritur, O. etc.
21. Item, O. septimo.
21-22. ergo...posse, O. simpliciter ergo potest ei inesse illud quod est magis posse quam non posse esse.
23. in actum suum, O. agere; coagente...actum, O. coagente.

est magis posse quam non posse,cum esset effectus magne perfeccionis. Ergo Deus potest creare creaturam que potest in actum suum Deo non coagente. Creet ergo Deus talem et habetur propositum.

Unde in ista materia ponitur una conclusio,que est ista: Si effectus aliquo modo est nulla est causa quare sic est, et per illam arguitur sic: Nullius effectus creature sive racionalis sive irracionalis positi in esse secundo esset dare causam qua posita cum omnibus naturaliter previis ad effectum sequitur effectum poni, tunc non foret racio quare magis ille effectus foret quam quiscumque consimilis; et tunc sequitur quod nulla esset demonstracio propter quid potissima. Arguo tamen ad conclusionem primam et quero numquid aliqua sit causa secunda qua posita cum quibuscumque previis requisitis ad effectum ex qua subducta divina efficiencia sequitur effectum prius inesse vel non; quod nulla sit huiusmodi probo: quia tunc stante illa causa cum omnibus suis disposicionibus non posset Deus impedire effectum illum ne esset, quia si consecucio sit formalis non potest Deus facere quin sit formalis, sicud Deus non potest facere quod si triangulus sit quin habeat tres angulos equales duobus rectis. Sed assumptum est impossibile cum Deus sit infinite potencie simpliciter, et illa causa cum omnibus suis disposicionibus finita tantum, ergo Deus potest impedire

---

2. perfeccionis, O.perfeccionis si posset in actum suum Deo non coagente.
3. Deo non coagente, O.non coagente.
3-4. talem et habetur, O. creaturam talem et sequitur.
5-13. Unde....potissima, O. Ergo sic Augustinus 5 de Civitate Dei cap.9: A Deo sunt omnes potestates quamvis ab Eo non sunt omnes voluntates. Item Augustinus Enchiridion cap. 75,non fit aliquid nisi omnipotens velit fieri vel sinendo ut fiat. Ex qua auctoritate quod Deus scivit aliquid fieri quod non facit vel aliter illa distincio non erit ad propositum.
Item Augustinus De Spiritu et Anima,cap.25 dicit quod, non est potestas nisi a Deo nusquam legimus non est voluntas nisi a Deo.
13. Arguo....primam, O.concludo sic.
14. causa secunda, O. causa secunda possit.
14-15. quibuscumque previis,O. omnibus disposicionibus.
15-16. ex qua...vel non,O.subducta efficiencia Dei sequitur effectum poni in esse vel non.; probo, O.probatur.
18. suis, O. illis.
19. consecucio sit formalis, O. hoc sit sibi formale.
20-22. formalis...rectis,O.formale,sicud ad hoc quod triangulu sit non potest facere quin haberet tres etc.
24. disposicionibus, O. previis.

ne effectus talis sit. Ex qua sequitur quod nulla est causa quia posita cum omnibus previis requisitis ad hoc quod effectus sit, ex qua sequitur effectum poni in esse et hoc subducta divina efficiencia. Tunc arguitur sic: Nulla est causa qua posita cum omnibus previis ad hoc quod effectus sit ex qua sequitur poni effectum in esse et hoc Deo non coagente cum tali causa. Ergo nulla est causa secunda qua posita etc., sequitur effectum fore. Ista consecuencia est bona et maior est probata et minorem arguo sic: Causa prima continet virtualiter omnem activitatem et efficienciam cuiuscumque cause secunde et eciam essencialiter, et quidquid potest causa prima producere concurrente causa secunda, potest producere non concurrente causa secunda; sed posita causa prima cum omni disposicione previa requisita ad hoc quod aliquis effectus producatur ab ea et non concurrente causa secunda cum causa prima equaliter stat talem effectum esse sicud non esse, et nullum creatum precedens effectum productum a causa prima sic disposita est necessarium, et ex necessario non sequitur contingens, ergo posita causa prima cum omni disposicione previa ad hoc quod effectus sit et concurrente causa secunda cum prima equaliter stat effectum esse sicud non esse.

---

1. ex qua, O. quare.
1-3. est causa...in esse, O. erit causa etc., non sequitur effectum fore.
4. divina efficiencia, O. coefficiencia Dei.
4. Tunc arguitur, O. Item arguo.
5. previis, O. requisitis.
7-8. Ergo, nulla...fore, O. nec alia est secunda qua posita cum omnibus previis requisitis ad hoc quod effectus sit, ex qua sequitur effectum poni in esse, et hoc Deo coagente cum illa. Ergo nulla est causa qua posita etc. ad hoc quod effectus sit ex qua sequitur formaliter effectum fore.
9. arguo, O. arguitur; 10. continet virtualiter, O. virtualiter et scilicet eminenter continet.
10. efficienciam, O. effectivitatem.
11. secunde et eciam essentialiter, O. secunde.
12. potest...secunda, O. potest sine illa.
14-15. omni....ab ea, O. omnibus previis suis requisitis ad hoc quod effectus producatur ad extra.
17. et nullum...precedens, O. ex quo omne previum requisitum precedens.
18. sic disposita, O. sic dispositum.
20. cum omni....effectus sit, O. cum disposicione etc.
21. prima, O. causa prima.

Consequenciam probo: Omnem necessitatem qua posset causa secunda communicare ipsa coagente cum prima, potest causa prima per se causare, sed posita causa prima cum omni d/Isposicione/ p/revia/ re/quisita/ ad hoc quod effectus sit non concurrente causa secunda non formaliter sequitur effectus; unde equaliter stat effectum esse sicud non esse, et impossibile est quod necessario sequatur effectus. Ergo posita causa prima cum omni disposicione previa requisita ad hoc quod effectus sit et concurrente causa secunda cum prima equaliter stat effectum non esse sicud esse, et non necessario sequitur effectus, quare sequitur conclusio subtiliter intuenti quod si aliquo modo est nulla est causa quare sic est.

Ad oppositum. arguitur sic: Cuiuscumque effectus creature racionalis sive irracionalis positi in esse est dari causam qua posita cum omnibus suis previis sequitur naturaliter effectum illum poni. Sed quacumque causa posita cum quibuscumque previis requisitis ad effectum deducta divina efficiencia non sequitur effectum poni. Ergo ad omnem accionem creature divina efficiencia est necessario requisita.

---

2. ipsa coagente cum prima, O. cum ipsa coagente cum causa prima.
4. previa requisita, O. requisita; S.non, OR,et non.
5. causa secunda, O. causa secunda cum causa prima.
6. effectus, unde equaliter, O. effectum esse, ymo equaliter scilicet.
6. esse sicud non esse, O. non esse sicud esse.
8-9. omni...sit et, O. omnibus etc.; cum prima,O.cum causa prima.
10-13.non esse.....sic est, O. esse sicud non esse.
14. arguitur sic, O. arguo sic; cuiuscumque, O.cuiuslibet.
16-17. suis...poni, O. naturaliter previis ad effectum sequitur effectum poni.
20. divina, C. Dei.

Item sic: Omnis causa secunda plus dependet a causa prima quam aliqua causa secunda ab alia. Sed aliqua causa secunda sic dependeat ab alia causa secunda quod ipsa non potest agere nisi alia coagat, sicud ignis non potest calefacere sine calore. Ergo a forciori nulla causa secunda potest agere nisi coagat causa prima.

Item minoris difficultatis vel saltem non maioris est conservare actum creature in esse quam producere de non esse ad esse, ergo si creatura potest producere actum suum deducta divina efficiencia respectu eiusdem, pari racione potest actum illum conservare Deo actum illum non conservante, et sic staret aliquid peccatum esse et non esse a Deo, quod /est/ impossibile et contradiccio.

Item doctor Subtilis Primo Sententiarum Dist. 2, dicit arguendo quod si aliquid contingenter causatur, prima causa contingenter causat. Probat consequenciam sic: Quelibet causa secunda movetur a causa prima, ergo si prima necessario movet quelibet secunda necessario movetur quia secunda non movet nisi in virtute prime. Et ista est contra philosophos qui ponunt ordinem essencialem inter causas.

14. Scotus, I. Sent., Dist. 2, q. II, schol. II, p. 32 (Ed. Antwerp. 1620)
19. " I. Sent., Dist. 39, q. unica, schol. 4, p. 416.

1. Item, O. secundo.
2. ab alia, O. ab alia causa secunda.
3. alia, O. ipsa.
5. sine calore, O. sine caliditate.
5. a forciori...causa prima, O. a multo forciori omnis causa secunda sic dependet a prima quod nichil potest agere ni si ipsa coagat.
7. Item, O. tercio sic.
9. ergo si...actum suum, O. ergo si creatura potest producer creaturam de non esse ad esse.
10. divina, O. Dei. pari racione potest, O. potest.
11. actum illum, O. illum;
12. et sic staret aliquid peccatum, O. et sic staret aliquid positivum.
13. impossibile et contradiccio, O. contradiccio.
14. Item, O. quarto; 14-15. dicit arguendo, quod, O. arguit sic
16. probat...sic, O. quod sic probat.
18-19. movet...Et ista, O. causet vel movet secunda necessario. quia secunda causa non movet nec movetur nisi virtute prime cause. Ergo in omni accione creature coagit Deus, Istud argumentum.

Item idem doctor Primo Sentenciarum Dist.,29, dicit quod contingencia in causa secunda racione sui effectus est // fol.23R[b] ex contingencia cause prime inquantum movetur ab ipsa, ideo si necessario movetur necessario causaret,

Item sic: Capta creatura racionali cum omnibus disposicionibus previis ad actum voluntatis requisitis, creatura racionalis sic disposita i differens est respectu actuum secundorum. Sint ergo actus A et B, et stante tali disposicione eliceat A et non B, tunc sic: ⌈Neg⌋ Ex parte creature nec ex parte A et B est racio signanda quare lus producitur A quam B cum agens sit indifferens, ergo aliunde oportet ponere causam determinantem creaturam, et illa non foret nisi voluntas divina volendo creaturam producere A et non B. Ergo voluntas divina ad omnem actem creature concurrit.

Item sic: Si creatura racionalis posset agere Deo non coagente, ergo et irracionalis, et sic posset ignis producere ignem Deo non concurrente, et tunc non foret racio quare magis unum ignem quam alium ex alia materia,et sic simul omnem ignem produceret quem potest, nec est racio a parte agentis cum ipsum ad accionem cuiuscumque forme qua agens natum est agere agat mere naturaliter et indistincte et passum sit indifferens.

Item sic: Ignis ille posset ignem conservare Deo non conservante, quod facilius est quam producere.

2-3. in causa...cause prime, O. est causa secunda in causacione sui effectus est contingencia prime cause.
8. et stante, O.Item stante.; 9.eliceat, O.eliceat creatura
9-10. tunc sic....signanda, O. quo posito arguo sic: non est racio signabilis ex parte creature racionalis nec ex parte A et B actuum.
11. cum agens sit, O.quantum agens est.
13. creaturam...A et non B, O. illam ad actum suum. Sed nulla est nisi voluntas divina volens eam habere actum A et non B.
14. creature, O. voluntatis racionalis.
15. Item, O.Sexto; agere,O.actum aliquem producere; coagente, O. concurrente.
16-17. ergo et....tunc non, O. ergo concimili racione creature talis producere posset Deo non producente et sic ignis calefaceret Deo non concurrente, et per consequens ignem produceret Deo non producente, et tunc nulla.
19-24. omnem ignem...quam producere, O. produceret omnem quem potest, tamen non potest assignari racio ex parte agentis cum ipsum sit indifferens ad accionem unius forme et alterius.

Item si Deus non concurrat sequitur quod Deus non potest impedire accionem creatam creature, et cum Deus concurrat solum volendo vel nolendo creare, sequitur quod nec volendo nec nolendo posset creature accionem impedire. Consequens falsum.

Item sic: communiter: Deus est infinite potencie simpliciter, ergo potest in omne illud in quo est magis posse quam non posse; sed creaturam non posse agere nisi Deo volente vel nolente est magis posse quam non posse, ergo nisi Deo volente creatura non potest agere.

Item sic: Tantum dominium super creaturam potest Deus habere quantum possibile est ipsum habere; sed tantum dominium potest habere quod sine eo creatura non agat, etquantum potest Deus habere dominium tantum habet, ergo etc.

Undecimo sic: Posse agere nullo alio agente est magis posse quam solum posse agere alio coagente, secundum infinitum magnum posse agere est aliquod posse agere alio coagente cum aliquod talem posse agere sit posse agere alicuius effectus, et aliquod duplo minor et sic in infinitum et per consequens in infinitum posse agere est aliquod tale posse facere nullo alio coagente.

---

20. nullo MS. v°

1. Item, O. Septimo sic.
2-10. creatam creature...non potest agere, O. creature, quia non volendo creaturam agere cum hoc scilicet, quod vult eam non agere stat eam agere, ex quo Deus non concurrit in agendo cum creatura nisi volendo nec volendo, eam non agere, cum non agere sit mere naturale non potest esse volubile, nec volendo eam agere quia tunc inuaret eam ad agendam.
Octavo sic: nulla creatura racionalis est magis potens ad agendum quam Christus fuit, sed Ipse non potuit per se velle teste seipso 'non possum, inquid, a meipso facere quidquam', ergo etc.
11. Item, O. Nono.;
11-14. potest habere....ergo etc. O. possibile est ipsum habere ut nulla creatura agat nisi Deus velit ipsam agere, ergo tantum dominium habet super creaturam, propter quod ipsemet dicit 'sine me nihil potestis facere'.
15. Undecimo sic, O. decimo sic.; agente, O. coagente.

20. posse facere, O. posse.

Ergo illud posse soli Deo convenit cum ille solus sit infinite potencie, et per consequens nulla creatura sufficit nullo alio coagente nec solum Deo coagente.

22° sic: Solum posse agere Deo coagente est actus alicuius potencie quia hoc est $\underline{ag^m\ p\quad\quad}$ posse, ergo Deus talem potenciam creare potest que solum potest agere Deo coagente. Creet ergo Deus talem potenciam que sit A et arguitur sic: Quantumcumque proporcionem quam habet aliqua potencia ad agendum tantam habet A vel habere potest sed A non potest agere Deo non coagente, ergo nec alia potencia finita cuiuscumque proporcionis quam habere potest, potest agere Deo non agente, quia si una posset conficere posset alia.

Iterum sic: Esse et non esse ab alio est perfectissimum esse, et hoc soli Deo convenit, ergo.

Itemque doctor Subtilis 2 Sentenciarum Dist.,27,quest.2, querit: numquid voluntas creata sit totalis causa et immediata respectu suit velle ita quod Deus respectu illius non habeat aliquam efficienciam immediatam ⌈sed mediatam⌋.

Contra partem affirmativam adducit duo inconveniencia primum est quod Deus non est naturaliter prescius futurorum: secundum quod Deus non est omnipotens.

Primum probatur sequi sic: Deus non habet sciencIam de futuris nisi quia ⌈certitudinaliter⌋ novit determinacionem voluntatis sue respectu illorum, ad quae voluntas ⌈sua⌋ immutabilis est et impedibilis. Sed si voluntas creata

8. aliqua, MS.aliquam.
11. proporcionis, MS.proporcione.
24. ad quae, MS.quia.

15. Scotus,II.Sent.,Dist.37,q.II,schol.III,p.311.
3. nec solum Deo coagente, O.ergo non sine Deo coagente.
4. Vigesimo secundo sic, O.undecimo sic:
4. actus alicuius, O. alicuius.
7. arguitur sic:Quantumcumque, O. arguo sic: quantum.
9. tantam...vel habere potest,O.talem habet A vel habere potest cum omnem proporcionem finitam potest A habere ad agendum.
9. Sed A. non, O. sed A cum nulla proporcione quam habet vel habere potest.
10-12.finita...posset alia, O. finita potest Deo non coagente quia si una posset et alia posset.
13.Iterum,O.duodecimo: 14. et hoc, O. quod.
14.ergo, O.ergo agere et non agere ab alio est perfectissimum agere ergo ipsum soli Deo convenit.
15.Dist.27, O.dist.37.
16-17.causa et immediata, O.causando immediata.
20-21.secundum,O. secundum est.
22-25.Primum probatur.....non est omnipotens(p.154),O.omit.

sit totalis causa in sui velle qualiteumque, foret voluntas divina determinata ad unam partem eorum que dependent a voluntate creata, poterit voluntas creata aliter velle: et ita non sequitur certitudo scientie divine.

Secundum probatur sic: Quidquid vult omnipotens fit, sed si Deus velit voluntatem meam fore, et illa est totaliter in potestate mea ita quod indifferenter possum habere eam et non habere, possum ergo impedire determinacionem voluntatis divine, et per consecuencia Deus non est omnipotens.

Iterum veritas istius partis patet per Stephanum Parisiensem dampnantem quos articulos dicentes quod: in causis efficientibus causa secunda habet causacionem quam non habet a potencia: secundus, in causis efficientibus cessante prima non cessat secunda.

Item veritas partis patet per Augustinum 12 De Civitate Dei 25: Deus, inquid, occulta potencia cuncta penetrans facit quidquid alico modo est, quia nisi illo faciente non talis vel talis esset sed prorsus esse non posset.

Ad articulum respondeo et dico eum esse verum. Ad istum intellectum formaliter sequitur creatura agit, ergo Deus coagit cum ea. Vult eam agere quia sine velle divino quo Deus vult effectum esse, vel sine velle quo vult creaturam agere suum effectum, non est possibile creaturam producere suum effectum.

Item ad primum argumentum nego antecedens et racio est in quam doctores quos vidi, formalem contradiccionem includit aliquid esse et Deum non esse. Sed ista starent simul de

fol.26R[a] forma si creatura produceret actum suum // et Deo non

10. istius, MS.icius.
11. dicantes, MS.ducentes.
16. facit MS.fac.

10. Iterum veritas istius partis, O.Item veritas illius.
11. dicentes quod, O. dicentes
13. potencia, O.prima.
15. Item...Augustinum, O. Item Augustinus.
17-18. talis vel talis.
19. eum, O.ipsum.
21. vult eam,O.vel vult eam.
25. Item ad primum, O. ad primum.
25-26 in quam doctores, O. quia secundum doctores.
28. et Deo, O.Deo.

15. S.Augustinus, 12 De Civitate Dei, cap.25, (P.L.41,375) (CSEL.40,611)

concurrente, quia apparit michi pro tali dependencia dependet esse citra Deum a Deo quali possibile est aliquid citra Deum dependere ab alico Deum dependere, et arguitur sic: Qualicumque dependencia dependet aliquid citra Deum ab alico citra Deum, vel dependere potest, maiori dependencia dependet ipsum a Deo.

Sed infinite potest aliquid citra Deum dependere ab alico, puta, a Deo, quia nisi creatura infinite dependet a Deo staret ipsum esse et non dependere a Deo quod est contradiccio. Contradiccionem, enim, includit creaturam agere et non a Deo.

Ad secundum argumentum concedo minorem et tamen [quando] dicitur communicaret creature quod posset agere Deo non coagente non sequitur eam equari creatori, dico quod sic/ quia communicaret sibi modum agendi quod solum inest creatori et non alteri: et quando dicitur quod hoc staret quod non posset creare, sed solum producere aliquid Deo non coagente, dico quod sequitur quod esset infinite potencie simpliciter cum haberet modum agendi non possibili creature finite.

Ad tercium argumentum nego assumptum quia secundum rei veritatem utrumque est Deus: sed cum infertur Deus potest velle creaturam posse agere Deo non volente ipsam agere, quare quando queritur numquid creatura possit agere, ceteris paribus concediturr sed non est possibile creaturam agere cum istis paribus.

---

14. eam. MS. esse.
17. creare. MS. stare.
18. esset. MS. ~~esse~~

1, concurrante. MS. currente.

---

1. apparit michi pro tali, O. tali.
2. esse, O. omne.
2-4. a Deo....qualicumque, O. ab alio a Deo quali possibile est illud dependere, et arguo item sic. Quacumque
8. a Deo, O. citra Deum, ergo infinitum dependet quodlibet citra Deum a Deo vel a prima causa.
10. contradiccionem....non a Deo, O. ergo etc.
12-13. Ad secundum....communicaret, O. ad secundum concedo maiorem sed cum dicitur si communicaret.
15. quod solum inest, O. quum solum est possibile.
16. et non alteri, O. ita quod non alteri. 16. quod hoc, O. quod cum hoc.
17. producere aliquid, O. producere. 21. sed cum, O. et cum.
22. posse agere....quare, O. agere Deo non coagente, sive posse agere non volente ipsam agere conceditur, et
23. ceteris paribus, O. cum istis paribus.

Ad quartum argumentum dico quod Deus infinite concurrit ad effectum et non magis ad unum effectum quam ad alium, quamvis unus sit maior alio; et quando infertur tunc ille effectus foret infinitus, non sequitur quia illa potencia cumque sit libera determinat certum gradum, sicut ego possum per voluntatem meam que libera est determinare certum actum in me ipso intentiori gradu et possibili ad volendum et equaliter velle gradum intensiorem motus et remissiorem.

Volendum et equaliter velle gradum intentiorem motus et rem minorem, et tunc ad confirmacionem si Deus mere naturaliter concurrat etc., concedatur et causa est quia agens mere naturale concurret tantum agit quantum sufficit, et agens liberum non; et ad aliud in eodem argumento quod a proporcione equalitatis proveniret accio negatur hoc; et tunc ad argumentum infinite concurrit Deus cum igne in agendo et infinite cum aqua resistendo ergo a proporcione equalitatis provenit accio, negatur consequencia. Sed contra subductis accionibus causarum secundarum stante accione prime cause non minus erit effectus, sed cum in alteracione inter ignem et aquam fuit due acciones, accio Dei et accio ignis, subducta accione ignis solummodo staret accio Dei inter ignem et aquam, et tunc in a proporcione equalitatis proveniret accio cum equaliter ageret sicud resisteret; negatur consequencia.

---

1. ad quartum argumentum, O. ad quartum; concurrit ad effectum, O. concurrit.
4-8. quia illa....remissiorem, O. quia cum illa potencia sit determinata ad certum gradum sicut ego per voluntatem meam possum que libera est determinare meipsum gradu intenciori et remissiori ad movendum, equaliter velle gradum intenciorem motus et remissiorem.
10. mere naturaliter, O. naturaliter.
10-12. causa....concurret, O. causa est.
12. sufficit, O. sufficit agere;
13. liberum, O. humanum.
14. negatur, O. nego. 14-15. ad argumentum, O. ad hoc.
16. resistendo, O. in resistendo.
17. negatur, O. nego.
19. sed cum in, O. sed in.
20. fuit, O. sunt.
21. solummodo staret accio Dei, O. staret accio.
23. ageret, O. ageret Deus.
23-24. negatur consecuencia, O. nego consequenciam.

Ad quintum argumentum negatur idem et infertur et tunc negatur quod in quemlibet actum in quem potest aliqua potencia in aliqua specie potest quelibet in eadem et equaliter, sed una magis et alia minus, et penes hoc debet maioritas et minoritas attendi, et non sequitur si in omnem actu in quem potest aliqua potencia in aliqua specie potest quelibet in eadem, ergo nulla est alia minor sic de gradu agente in aliquod passum et trahentibus navem quorum unus alio forcior.

Ad sextum dico quod prius agit Deus quam creatura ad effectum communiter productum ab illis ad illum modum loquendi sequitur creatura Deus producit effectum illum, ergo producit et non econtra: ideo prius agat actum peccati concurrit Deus cum creatura in agendo, concedo et dico quod Deus non vult creaturam peccare, et quando arguitur creaturam habet actum illum omni modo quo Deus vult eam habere actum illum ergo creatura in habendo actum illum non peccat, negatur consequencia quia licet omni modo quo Deus vult creaturam habere actum suum liberum creatura habeat, tamen creatura habet actum suum quando peccat naturaliter qualiter Deus non vult creaturam; et tunc ad aliud omni modo quo Deus vult creaturam velle ipsa vult ergo ipsa est totaliter conformis voluntati divine, negatur consequencia quia ad hoc [quod] creatura sit totaliter conformis voluntati divine requiritur quod non aliter vellit quam Deus vult eam velle.

1-2. Ad quintum....in quemlibet actum, O. Ad quintum nego illus quod infertur ad probacionem, et tunc nego quod omnem actum.
3. in eadem, O. in eadem specie.
5. maioritas et, O. maioritas vel.
7. minor, O. maior.
8. aliquod passum et, O. passum et parte eiusdem agente in idem passum et.
9. unus alio, O. unus est alio.
11. productum, O. producendum.
12. creatura....ergo producit, O. creatura producit effectum illum ergo Deus.
13. agat...concurrit Deus, O. agit Deus quam creatura. Et item ad argumentum quod ad actum peccati concurrit Deus.
14. et dico, O. dico tamen.
17. in habendo, O. habendo.
19. liberum creatura habeat, O. humanam creatura habeat illum.
20-21. naturaliter...creaturam, O. aliter qualiter Deus non vult creaturam habere illum.
21. ad aliud omni modo, O. ad septimum omni modo.
23. ad hoc, O. ad hoc quod.

Ad aliud argumentum intactum in omni instanti nature in quo agit Deus agit creatura, nego alia esse instancia nature, nec sequitur prius agit Deus quam creatura ergo in aliquo signo agit Deus in quo non agit creatura, quia omnes tales propos-
5 iciones sunt false: prius est Deus quam creatura, animal est prius quam homo, nisi ad istum modum loquendi, Deus est causa creature, vel posita creatura ponitur Deus et non econtra, et sequitur homo est ergo animal est, et non econtra.

Ad ultimum dico quod Deum posse creare creaturam que posset
10 in actum Deo non coagente non est posse quia contradiccionem includit creaturam talem esse.

---

2. agit, MS. agat. 2. nature, MS. negatur.
4-5. proposiciones, MS. proporciones.
9. creare, MS. creature.

1. Ad...intactum, O. ad octavum.
2. creatura, nego, O. creatura nec.
9. Deum posse creare, O. precise creare.

/109/ Utrum sola voluntate absque omni alia racione Deus alios reprobat alios predestinet viatores.

Quod non arguitur: Si due nature inessent in naturalibus, quarum una in infinitum sit alia perfeccior et melior ut fuerunt primus homo et primus angelus, ab intellectu divino apprehenduntur, et solo actu voluntatis sine alia racione ex parte eorum meliorem Deus exprobat et aliam predestinet, sequitur quod Deus est acceptor personarum. Consequens falsum et contra Apostolrum Actuum 10: /v.34/: In veritate comperi quod non est personarum acceptor Deus. Et consequencia videtur manifesta cum in prelacione unius digni ducrum inequalium non observatur equalitas iustitie distributive, et per consequens est acceptio personarum.

Secundo: si Adam non peccasset nullus fuisset reprobatus, sed quilibet predestinatus, ergo peccatum Ade fuit prima causa reprobacionis, ergo bonis alia causa operacionis, ergo non sola voluntate absque omni alia racione Deus alios reprobat alios predestinat viatores. Et consequencia patet per Anselmum Primo Cur Deus Homo, cap.16, et per Gregorium 4 Moralium, cap.34.

Tercio sic: Deus nihil irracionabiliter operatur, vel ergo nulla est racio quare pocius unum quam alium ergo omnes vel nullum reprobat. Consequencia patet intuenti; sed non omnes, ergo nullum. Consequens falsum et contra fidem, et si sit aliqua racio talis racio non potest fundari nisi in meritis vel differencia meritorum vel prescienoia Dei, ut Doctor Subtilis Primo Sentenciarum, Dist.41, volens vitare reprobacionem esse causaliter ex operibus reprobati, et eciam credentem in Deo, dicit quod Lucifer vel Judas primo confertur

---

18-19. Anselmus, Cur Deus Homo, cap.xvi, p.23 (ed.F.S.Schmidt in Florilegium Patristicum, fasc.xviii (1929).
Potius Gregorius, Moralium lib.IV, cap.xxxi (Vet.xxxvi, (P.L.75, 671).
27. Scotus I Sent., Dist.41, q.unica, schol.2, p.430. Haec et argumentum oppositum quasi verbatim sumpta sunt ex Scoto.

voluntati divine in suis puris naturalibus sine culpa, et sic non vult eum dampnari; secundo Deus vult et ex hoc cooperatur cum eo ad substanciam actus mali, et sic ipsum peccatorem per mortem finaliter per se dampnando, ergo non sola voluntate etc.

Ad oppositum probandum ad racionem quomodo Jacob et Esau cum nondum nati essent aut aliquid mali vel boni egissent ut secundum elecciones propositum Dei maneret, non ex operibus, gloria sequitur nec pro meritis precedentibus nec futuris, quia bona opera vel mala non erant futura nisi apposita gracia vel subtracta, quod Apostolus declarat postea subdens: an non habet potestatem figulus ex eadem massa facere unum vas in honorem aliud in contumeliam: quasi dicat sic sola voluntas beneplaciti Dei est racio quare de eadem massa viciata in primo parente istum eligit ad gloriam, illum dimittit in condempnacionem, vel si non fuisset massa viciata et essent omnes equales, nonnisi gratuito unum eligeret, nulla facta iniuria alteri, quem secundum statum innocencie existentem non eligeret; et sic patet veritas questionis.

Ad contrarium respondeo per tres conclusiones secundum materiam argumentorum factorum ad utramque partem.

Et prima est hec: Nullum bonum creatum quia bonum a Deo est approbatum. Sed econtra, hinc est quod nec est nec esse potest apud Deum personarum accepcio. Probatur sic: omne bonum aliud a Deo, ideo bonum est quia a Deo volitum et non econtrario; ergo nullum bonum creatum, quia bonum a Deo est

---

7. nondum, MS. mundum.
17. viciata, MS. vi tanta.
18. quem, MS. quam.
26. creatum, MS. creaturam.

11. Ad Rom., ix, 21.

approbatum. Sed econtra, ex quo arguitur ultra: nullum bonum creatum quia bonum a Deo est approbatum, sed econtrario ergo in Deo non est racio obligans nec racio preponderans sed solum cetatur eo loco hoc axioma: sic volo sic iubio: sic pro racione voluntatis; ergo nec in prelacione unius duorum equalium vel inequalium ost apud Deum personarum accepcio. Secunda conclusio est hec: In infinitum eligibile est esse miserum quam omnino non esse; hinc est quod absque omni iuris iniuria innocentem creaturam sine culpa precedente, concomitante vel subsequente punire eternaliter, est licitum creatori Probatur: esse miserum, loquendo de miseria pene, aliquid bonitatis includit; sed omnino non esse nullam racionem bonitatis includit; et utrum est eligibile quia eligibile est non habet esse non sit, ergo in infinitum eligibilius est esse miserum quam omnino non esse. Patet per Augustinum III de Libero Arbitrio, et V. de Civitate Dei cap.47.

Secunda pars conclusionis probatur sic: Sine culpa precedente, concomitante vel subsequente aliquam creaturarum innocentem punit Deus tripliciter, ergo per infinitum tempus punire est illicitum creatori. Consequencia est evidens, et antecedens probatur per illud Johannis 9: transiens Jesus vidit hominem cecum a nativitate et interrogaverunt eum discipuli: Rabbi quis peccavit hic aut parentes eius ut cecus nasceretur. Respondens Jesus neque hic neque parentes eius. Super quam litteram dicit Clemens Super Evangelica, et concordat Augustinus in Omeliis, quod iste cecus iuste fuit punitus, et tamen non propter actuale peccatum quod patet per illa verba Christi, neque hic peccavit; nec propter originale, quod patet per illa verba: neque parentes eius. Ex quo non est crudeli-

30 tas innocentem punire sine culpa precedente, concomitante vel

1. approbatum, MS. approbata.
2. evidens, MS. evidus.
21. per MS. pro
26. punitus, MS. punitur.
16. cf. S. Augustinus, De Libero Arbitrio, cap. vi, vii, viii (P.L. 32, 1277-1282).
21. Joan. ix, 1-3.
25-26. Augustinus, Sermo cxxxvi (P.L. 38, 751)
17. Augustinus, De Civitate Dei, lib. i, cap. 26. (PL. 41, 340) (CSEL. 40, 552)

absolute. Unde in jure humano sive hominis, culpa nisi subsit causa non est aliquis puniendus. Extra de regulis iuris in sexto; multiplici enim de causa infligitur homini pena sine sui merito vel demerito ut tangit Clemens super Evangelium loco prelegato, et concordat Magister 4 Sentenciarum Dist.15.

Tercia conclusio: Nec propter merita nec demerita nec quia
fol.24 R^a
previdit // et presciit seipsum concurrere vel non concurrere ad actum malum vel bonum voluntatis, non necessitate et finaliter perseverantem reprobat vel predestinat viatorem. Prima pars patet per hoc quod nullum temporale est causa eterni. Secunda pars arguitur sic: Ista previsio futurorum contingencium erit ex predestinacione voluntatis divine, ergo non quia Deus previdit aliquem bene vel male usurum libero arbitrio suo vel quia prescit seipsum concurrere vel non concurrere ad actum bonum vel bonum vel malum voluntatis libere agentis reprobat vel predestinat illum, sed pocius econtrario Deus predestinat vel reprobat talem, ideo previdit eum bene vel male usurum libero arbitrio, vel ideo prescit seipsum concurrere ad actum malum vel bonum voluntatis create. Per istam patet quod habeo tenere partem affirmativam questionis, puta, quod sola voluntate absque omni alia racione Deus alios reprobat alios predestinat viatorem.

Et tuno ad primum argumentum dico quod licet natura angelica sit in infinitum perfeccior, nobilior et dignior quam natura humana, neutra tamen fuit digna vita eterna accepcione divina subducta, et ideo Deus acceptando Adam ad vitam eternam et reprobando Luciferum, reprobavit naturam dignioremen in se non tamen ad vitam eternam, quia Lucifer numquam

5-6. Lombardus, IV Sent., Dist.xv, cap.I.

fuit dignus vita eterna quia Deus non acceptavit eum, et Adam solum fuit dignus vita eterna ex hoc ipso quod Deus acceptavit eum et non alium, et ideo Deus non fuit acceptor personarum in preferendo Adam Lucifero; et tunc ad illum in prelacione unius dignus ducrum non servatur equalitas iustitie distribucione, et per consequens est acceptio personarum; dico quod intelligitur de minus digno vel magis digno dignitate, tam que est respectu rem conferendi, que quidem dignitas non /est/ in proposito.

Ad secundum argumentum nego illud, dico tamen pro Anselmo primo cap. Cur Deus Homo, et Gregorio 4 Moralium cap.39, quia tenenti quod si Adam stetisset tota posteritas fuisset impeccabilis, et quod nullus fuisset reprobatus, dico quod non loquebatur per modum communem, sed in casu illo quo primi parentes servassent innocenciam, credendum est quod Deus conservasset eandem in posteros per graciam, vel quod stetissent sine gracia; et tunc nec filii regni nec filii perdicionis fuissent, ymmo fuissent in statu mortis, quia homo existens in puris naturalibus tenet statum medium, quia nec filius regni nec filius perdicionis est talis.

Ad tercium dico quod /est/ aliqua racio quare Deus predestinat aliquos, tamen /illa/ racio non fundatur in meritis nec demeritis nec in prescienoia Dei ad modum loquendi doctorum qui tenent illarum viam, sed solum in velle divino quo Deus ab eterno preordinavit conferre predestinato graciam; omnem ergo electum predestinavit volendo, nullum vero reprobum peprobat volendo nec nolendo, sed non volendo, quia in Deo non cadit nolle nec potest cadere.

Conclusionis modo hec dicta ad questionem proposi tam sufficiunt.

---

10. ad secundum. MS. ad quartum.
16. conservasset eandem. MS. considerasset eadem.
18. mortis. MS. moio.
22. aliquos. MS. aliqui.
25. eterno. MS. eterno Deus.

10-11. Anselmus, Cur Deus Homo, et Gregorius IV Moralium, ut supra.

/Ilo/ Utrum quelibet racionalis creatura teneatur solum id velle quod est volitum a voluntate divina.

Quod sic arguitur: Quclibet racionalis creatura tenetur solum velle quod iustum est et rectum, et huiusmodi est omne volitum a Deo, ergo etc.

Secundo: Si creatura racionalis posset licite velle quod Deus non vult, ergo a pari creatura racionalis posset licite velle quod Deus vult. Consequens primum patet in Glossa super illud Psalmi 109, non adhesit mihi cor pravum', ubi dicitur quod cor pravum et distortum habet qui non vult quod Deus vult.

Ad oppositum: Creatura racionalis non confirmata potest licite velle quod Deus non vult, sicud patet per Magistrum lib. primo, dist.48, cap. primo; et creatura racionalis confirmata potest licite velle quod Deus non vult, quia si non, sequeretur quod creatura racionalis confirmata non posset mereri. Consequens falsum et contra Magistrum lib.II, dist.ll. Propter solucionem illius questionis sit hec conclusio prima: Non quelibet creatura racionalis tenetur id solum velle quod volitum est a Deo. Hec patet per Magistrum ubi supra in questione alligata, et per beatum Augustinum in Enchiridion cap.7.

Secunda conclusio: Non quelibet creatura racionalis tenetur id solum velle quod iustum est et rectum.

Arguitur sic: Creatura racionalis licite potest elicere volucionem que sit actus indifferens, ergo conclusio.

Tercia conclusio: In creatura racionali nulla voluvio que non sit volucio est ponenda.

Arguitur sic: Quodlibet obiectum recusabile vel fugibile ab aliqua creatura potest eadem per actum voludonis recusare vel fugere, ergo ponere in creatura racionali volucionem que non sit voluccio ut tale obiectum recusetur vel fugietur superfluit in natura, et per consequens cum nihil sit superfluum in natura nec poneretur talis volucio, et non propter

1. quelibet. MS. quilibet. 3. quelibet. MS. quilibet.
17. falsum MS. primum. 28. ab. MS. ad.
17. Lombardus, II Sententiarum, Dist.11, cap.2.
21. cf. Augustinus, Enchiridion, cap.101. (P.L.40,279)

huius recusacionem vel fugam obiecti sequitur conclusio.

Assumptum primum arguitur sic: Signato quocumque obiecto recusabili vel fugibili a creatura, idem obiectum recusare
fol. 24R[b] vel fugere posset eadem volendo idem obiectum // nec admittere nec prosequi sine volendo eius privacionem vel non posicionem prosequi vel tenere ergo etc.

Secundo sic: Quia perpendimus quod anima nostra habet multos actus volucionis racionabiliter inducimur ad ponendum quod anima vel in anima est tale principium quod [illegible] voluntas, ergo per idem si in anima essent noluciones que non essent voluciones, anima vel in anima esset tale principium quod esset voluntas. Consequens absurdum.

Tercio sic: Dato opposito questionis sequitur quod cuilibet homini virtuoso et cuilibet vicioso contingeret duos habitus genere distinctos proprie esse contrarios, et ad quamlibet virtutem exercendam concurrunt tales habitus genere diversi circa idem obiectum. Consequens falsum, ergo conclusio assumpta arguitur sic: Signata materia certe virtutis contingit ex ympossibili nolle frequenter circa materiam illam virtuose operari, et per consequens ex talibus noluciones frequentatis generari posset habitus contrarius predicte virtuti.

Iterum consimiliter contingeret hominem velle circa materiam illam virtuose non operari sed potius velle eius oppositum prosequi et sic ex volucionibus frequentatis generari posset habitus eidem virtuti contrarius, et per consequens sequitur prima pars conclusionis illate, et ex eisdem casibus argui possunt partes alie.

Quarta conclusio: Possibile est creaturam racionalem velle non quodlibet fieri quod Deus vult fieri, et tamen eandem voluntati divine in nullo quoad volitum difformari.

Arguitur sic: Possibile est B angelum voluntati divine quoad volitum in toto conformari cum hoc quod Deus pro eadem mensura nihil negat fieri, et sequitur formaliter Deus pro

ista mensura presenti nichil vult fieri, et sic angelus quod voluntas totaliter non conformis, ideo sic angelus vult non quodlibet fieri quod deus vult fieri, et per consequens conclusio quarta ultima patet quia oppositum questionis cum illis positis implicat quod aliquid fieri et tunc quoad voluntas ei et voluntati divine difformis, quod est oppositum altecedis premisse.

Conclusio quinta: Quelibet creatura racionalis habens usum perfectum racionis tenetur velle quodlibet esse quod deus vult esse.

Arguitur sic: Iustum est et rectum quodlibet esse quod deus vult esse, et hoc notum est cuilibet creature tali, ergo conclusio.

Conclusio sexta: Nulla creatura in beatitudine confirmata post eandem confirmacionem voluit, vult aut volet aliquid esse vel fieri quod deus non vult esse vel fieri.

Hec patet per Augustinum in epistula ad Cirillum de laude apparicionis sancti Jeronimi ubi sic quesivit beatus Augustinus ab anima beati Jeronimi: 'Utrum beatorum anime quod non volle possunt quo nequeant optinere. Ait ille: 'Vnum Augustino noveris quod sanctorum anime in ista eterna gloria ita in Deo sunt solidate et firmate quod nulla sibi inest alia voluntas nisi Dei, quia nec velle aliud possent nisi quod deus vult; ideo quo volunt optinere possunt. Etenim quecumque volunt Deus vult et adimplet. Nemo quippe nostrum invitis suis fraudatur desideriis quia nichil preter Deum aliquis nostrum optat. Quoniam vero semper ut volumus Deum habemus nostra semper desideria sunt plenissime adimpleta.'

Confirmatur: sic est de angelis ut dictum est, ergo patet

racione de qualibet alia creatura in beatitudine confirmata.

9. racionis. MS. racionalis.

18. apparicionis, MS. apparicione.

17(Ps) Augustinus, Epistula ad Cirillum (P.L.33, Epist.XVIII in App., 1125)

Antecedens arguitur sic: Angeli nihil faciunt nisi quod in essencia divina vident esse faciendum, ergo propositum; antecedens patet per beatum Augustinum 13 Confessionum cap.5, ubi sic dicit quod angeli semper vident faciem Dei et in ipso legunt, eligunt et diligunt, et eorum codex non claditur, nec plicabitur liber eorum; et 12 Super Genesim ad litteram cap. finali dicit quod angeli contemplant divinam substanciam et ea diriguntur in agendo.

Secundo sic: Dato opposito conclusionis sequitur quod creatura in beatitudine confirmata aliquando sciret vel scivisset, dubitaret vel dubitaret suam volucionem esse divine voluntati difformam, et per consequens sciret vel scivisset, dubitare vel dubia (sic) suam volucionem esse irracionalem, et ultra ergo non esset beata nec valet dicere quod sequitur eo quod viator sine peccato potest velle oppositum illius quod Deus
fol.24v[a] vult quia creatura beata in noticia et volucione // totaliter est perfecta et beatifica, cuius tamen contrarium esset si divine volucioni in volito solum particulariter esset conformis.

Sed contra questionem arguitur sic: per illud Danielis 10: Princeps autem regni Persarum restitit michi 20 et unum diebus; ex quo apparet quod angelus iste voluit prius per 12 dies venisse ad Danielem et iste angelus fuit tunc in beatitudine confirmatus, nec talem Deus voluit suum adventum esse destinum, ergo oppositum questionis.

Ad illud dicitur quod ex textu non sequitur illum angelum voluisse prius venisse per 21 dies, sed textus innuit eum habuisse velle condicionatum. Ad hoc suple ubi fuisset expes , et de voluntate Dei quod illis diebus non fuisset occupatus contra principem Persarum; patet eciam ex premissis

---

6. eorum, MS. earum.
26. angelum, MS. angelis.

3. Augustinus, Confessionum XIII, cap. 15 (P.L.32,852) (CSEL.33, 358)
6. Augustinus, 12 Super Genesim, ad litteram, cap. xxxvi. (P.L.40,484) (CSEL. 28,433-434)

---

20. Dan. x, 13.

quod in hac materia proferendus Jeronimus est dicens: Principem Persarum et principem Grecorum fuisse angelos malos; Gregorio dicente eosdem fuisse bonos: nam si angelus loquens Danieli et illi duo principes angeli beati fuissent, ex perserie textus patet eos habuisse vota contraria, illi omnes non fuissent Deo in volito conformes, cuius tamen contrarium est dicendum de omnibus beatis, ut patet ex premissis.

Septima conclusio: Nulla creatura racionalis sine peccato se Deo scienter in volitis per actum liberum difformatur. Arguitur sic: Creatura se Deo sic difformans scienter contraveniret iusticie, et hoc utique sine peccato non fieret, ergo conclusio. Antecedens patet quod sequitur Deus vult sic esse vel fieri, ergo iustum est sic esse vel fieri, et per consequens cum aliis premissis sequitur intentum. Hiis peractis notum est quod tenenda est pars negativa questionis. Ad primum argumentum tamen contrarium dicitur negando assumptum quia velle potest quantum ad mores aliquod.....? Ad secundum dicitur quod supponendo secundum communem intellectum hominum quod iste terminus velle significet aliquam volucionem que non sit volucio. Negranda est consequencia, dico tamen quod pro quanto mihi videtur illa non deberet esse nec est significacio termini prelibati.

---

18. MS. marns
20. iøste terminus, MS. l^to tus.

[11] Utrum dans pro ingressu religionis alicuius pecuniam committat symonie vicium et eadem pecunia debeat sibi reddi. Arguitur sic: Extra De Symonia cap. Veniens, est casus circa quando quoddam monasterium acceperat pro recepcione unius 52 solidos pro pestu, cuius monasterii religiosos propterea iudicat ad restitucionem pecunie danti, et eos propter symonie vicium suspendi precepit ab episcopo.

Item ibidem infra cap. Quoniam, iudicat propterea tam recipientes quam receptum propter symonie vicium de monasteriis proici, nec ut illi detur excusacionem per pretextum paupertatis; peccatum autem non dimittitur nisi restituatur ablatum 14 q.5.

Sane non debet ante restitui talis pecunia nisi danti cum nullus alius sit dampnificatus, ergo etc.

Ad oppositum: Talis pecunia restitui debet ecclesie in cuius contumeliam data est et non persone danti, Extra De Symonia, De Hoc. Ad Hoc, 17q,4 Si quis, et 27 q.1, Si quis, et in antecedente de sanctis episcopis [Extra] Si quis.

Item licite dantur res ecclesie pro hominis sustentacione 1 q.2, Si quis', ergo. conclusio falsa.

Pro questionis solucione sit hec conclusio prima: Religiosi quicumque pecuniam vel alia temporalia ab ingrediente religionem eorumdem exigentes vicium committunt symonie. Hec patet Extra de Symonia 'Non satis'.

Secunda conclusio: Offerens bona sua alicui monasterio sub pacto vel condicione vel ipse monasterium ingressus eadem pro vestitu recipiat vel prebenda, debet symoniacus una cum recipientibus iudicari. Hec patet eodem titulo 'Tua nos'.

---

3. Decretal Gregor. IX, lib. V, Tit. III, De Simonia, cap. xix, Veniens, II, 755-56. (ed. A. Friedberg, Lipsiae 1879-81)
8. ibid. cap. xl. Quoniam II, 765.
12. Decretum Secunda Pars, Causa XIV, q. v, cap. iv; II, 759.
17. Decretal.... De Simonia, cap. xi, 'De Hoc', II, 752.
17. Decretum.... causa xvii, q. iv, cap. vii. 'Si quis'; II, 816,
20. ibid. causa I, q. II, cap. viii, 'Si quis' II, 410.
28. Decretal... lib. V Tit. III, De Simonia, cap. xxxiv 'Tua nos'.

Tercia conclusio: Ingrediens monasterium et cuncta sua bona sine condicione vel pacto offerens eidem, poterit eadem ad victum suum vel prebendam de consensu fratrum et prelati licencia licite retinere. Hec eciam patet ubi prius 1 q.2 'Si quis', et in Glossa super verbo impensa.

Quarta conclusio: Aliqua est symonie species de qua solus Deus poterit iudicare. Hec patet de hiis qui bona sua monasteriis offerentes tacita condicione vel pacto ipsas, condicionem et pactum iunctanter intendunt, et de recipientibus eadem bona cum consimilibus tacitet intendere, ut cap. superius allegato Extra Licet.

Quinta conclusio: Si quis de bonis propriis per iuris ignorancia symoniam commiserit sibi restitui debent sua bona. Arguitur sic: Talia sic recepta iniuste sunt possessa, ergo restitui debent illarum rerum domino, et ille est sic peccans ergo conclusio. Et hoc est quod intelligi debet per illud casum superius allegatum 'Veniens', et 1 q.3, 'Si quis dator'.

Sexta conclusio: Convictus de symonia eciam confitendo sua propria debet eis carere secundum ius antiquum, et in quadruplum condempnari. Hoc patet 1 q.7,'Per illicitam'.

Confirmatur: Symoniacus est hereticus,et hereticus bonis suis privari debet, ergo etc.

Maior patet 1 q.1, 'Presbyter', et cap.'Si quis', et de symonia accusatum. Minor patet de hereticis 'Ut gentes',ubi dicit Decretalis quod eorum bona debent publicari, et eodem tole accusatus libro 6 et cap.'Cum superius leges', ubi propterea de suorum consilio eorum bona statuit consistari.

Septima conclusio: Si quis de bonis ecclesie aliquid symoniace contulit illa bona non persone conferenti reddi debent sed ecclesie supradicte. Hec patet extra De Symonia cap. De Ho.

5. Decretum, causa I q.II, cap. viii, 'Si quis' II, 410
11. Decretal, ut supra n.3.
17. ibid. lib. V, Tit. III, De Simonia, cap. xix, Veniens, II, 755-56
Decretum c. I, q. III, cap. II 'Si quis datur' I, 412.
20. Ibid. c. I. q. VII, cap. xxv, Per illicitam, I, 437.
23. Ibid. c. I, q. I, cap. III. Presbiter p. 358. et cap. viii. 'Si quis' I, 259.

His promissis patet quod distinguendus est titulus questionis pro secunda parte, quia /pecunia/ in casu reddenda est danti et in casu ecclesie. Prima videtur pars questionis concedenda est, et ad argumentum in contrarium, sed licite dantur res etc. ergo licite dari possunt huiusmodi res pro ingressu etc. negatur consequencia.

Finis questionis. Conclusio prima oppositi minoris. //

fol 24v[b]

/112/ Utrum ad personandum utramque naturam Christi sufficiat personalitas increata.

Quod non arguitur sic: Quod nec sola personalitas Patris sufficit ad personandum utramque naturam Christi, nec sola personalitas Filii, nec sola personalitas Spiritus Sancti, ergo etc.

Antecedens probatur quia tam sufficiens est una persona sicud alia, ergo.

Secundo: Natura humana in Christo non potest personari personalitate alicuius nature, ergo conclusio falsa.

Antecedens patet per hoc quod personalitas Christi in ipsa natura est de intentu intrinseco (?) ipsius nature, et ab ea inseparabilis tamquam sua propria passio.

Ad oppositum est Damascenus 2 Sententiarum cap.49, alias enim sequitur quod vel Christus esset unus simpliciter vel quod essent unus confusione substancie. Utrumque est contra fidem sicud patet ex simbolo. Pro questionis solucione sit hec prima conclusio: Utendo hoc verbo personare trasubstantive, ut scola utitur, nulla personalitas increata personare sufficit utramque naturam Christi, divinam scilicet, et humanam. Arguitur quod nulla personalitas increata sufficit facere naturam divinam esse personam, et causare naturam divinam esse personam, ergo conclusio.

9. increata. MS. increatum.
26. increata. MS. increatum.

21. cf. Joan. Damascenus, III De Fide Orthodoxa, cap. III. (P.G. 47, 492-495)

'ntecedens pro prima parte est notum: pro secunda patet ex hoc quod natura divina est persona creata (?) et non per causacionem, et eius oppositum dota (?) naturam divina producetur; et si arguretur contra conclusionem sic: Prima personalitas sufficit causare naturam divinam esse personam secundam, ergo in personam. Negatur consequencia et antecedens, cum hoc est falsum.

Secunda conclusio: Quelibet personalitas increata sufficit esse persona utriusque naturam Christi divine,scilicet, et humane. Arguitur sic: Aliqua personalitas increata est aequipotens sicud alia, ergo conclusio.

Antecedens patet quia de facto aliqua est personalitas creata utriusque nature Christi divine scilicet et humane.

Tercia conclusio: Sola personalitas increata sufficit esse persona utriusque nature Christi divine scilicet et humane. Arguitur sic: Personalitas increata sufficit etc.,et nulla alia personalitas sufficit etc., ergo conclusio.

Maior patet ex proxima, et minor arguitur, quia oppositum contingere non posset quin foret alia personalitas unita divine nature,nec quin non foret unita, ergo etc.

Ex premissis sequitur conclusio quarta que est talis.

Licet sola personalitas increata sufficiat etc.,nec tamen sola personalitas Patris sufficit etc., nec sola Filii,nec sola Spiritus Sancti; ex qua corollarie sequitur quod non, videlicet, hec consequencia non sola personalitas Patris etc, nec sola Filii sufficit, nec sola Spiritus Sancti, et non est alia personalitas increata nisi aliqua illarum, ergo non sola personalitas increata sufficit etc., et causa est quia in illa propositione: sola personalitas increata etc.,ille terminus personalitas stat commune tantum, sic enim stat in exclusa sicud in naturali de terminis transpositis.

Quinta conclusio: Utondo personare ut prius tam Deus quam creatura pura racionalem creaturam poterit personare.

Quond primam partem patet ex fide, sic enim est de Christo.

3. Lectio difficilis.
13. nature MS. negative.
24. corollarie MS. corelg^{e}.

Quoad secundam partem arguitur sic: Possibile est puram creaturam in tali proporcione precise excedere racionalem creaturam in quali anima humana excedit corpus humanam; sed anima humana sic proporcionaliter corpus excedit quod ex eis fieri potest una persona ergo intentum. Antecedens patet quia quacumque creatura racionali signata Deus potest in qualicumque proporcione creaturam perfeccionem illa creare, nec valet negare consequenciam primam propter hoc quod si utraque talis creatura esset forma et illa perfeccior esset forma, quia Deus est forma et tamen personare potest angelicam naturam que est eciam forma.

Sexta conclusio: Quodlibet divinum suppositum cum alio communiter est persona et tamen esse personam non in omnibus suppositis divinis est commune. Prima pars patet ex fide; secunda vero arguitur sic: Nulla persona omnibus divinis suppositis est communis, et isti termini: esse personam: nominaliter supponunt, et ille terminus persona convertuntur, ergo intentum; et si arguitur contra sic: Essencia divina est omnibus etc. etc. et essencia divina est esse personam, ergo oppositum secunde partis. Negatur consequencia quia ita arguitur quod persona esset communis etc.

Hiis peractis tenetur negativa pars conclusionis, nec auctoritas Damasceni probat illam partem.

Ad alia duo argumenta dicitur quod secundum communem intellectum scole utraque consequencia est neganda.

Fol.25ra.

/T13/ Conclusio: Cum omni certitudine viatoris de proposicione potest viator dubitare an ista sit vera vel falsa. Contra et signo aliquod totum visum, tunc capio hanc propositionem: hoc totum sua parte est maius. De veritate illius est viator certus, et omnem certitudinem que potest haberi de illa proposicione illam habet ergo non respectu eiusdem dubitat. Stucle.

16. isti. MS. istia.
17. supponunt. MS. supter

/114/ Opinio quedam est quod anima emanat, et hoc phisice loquendo et non resultat de potencia materie, nec creatur. Et proopinione arguitur sic: Quidquid est perfeccionis in universo vel esse potest et non repugnat universo, habet philosophus naturalis concedere. Sed in universo est dari naturam que dependet a materia et dat esse materie, sicud forma bruti; et est dari aliam que dependet et non dat esse, sicud forma animalis, ergo est dari aliam que non dependet et tamen dat esse, sicud est anima, et illud non repugnat universo: et talis anima racionalis que non creatur per philosophiam, nec educitur de potencia materie sequitur quod emanat, cum non sunt plures produccciones. Et quod sit aliquid in natura quod non educitur de potencia materie, nec creatur probatur, quia lumen non educitur de potencia materie nec creatur, ergo emanat cum non sint plures modi producendi.

Item actus anime et actus intellecciones non educuntur de materia nec creantur, ergo.

De lumine patet per Egidium ii de anima cap. de visu, lumen, dicit, ipse, non educitur de potencia materie sed est subiective insole.

Item sic celum non habet materiam, ergo.

Item signo orbem inferiorem, tunc sol causat lumen in orbem inferiorem et orbs ille non habet materiam sicud nec celum, et si haberet materiam adhuc illa non foret transmutabilis, ergo lumen illud est in sole et quod celum non habet materiam dicit expresse Commentator de Substancia orbis, quod celum non habet materiam.

Item si celum haberet materiam vel illa foret eiusdem speciei cum illa inferiori vel non; si, non sequitur quod plura forent efficiencia eiusdem speciei eque primo in universo. Si sint eiusdem speciei, tunc sicud compositum

24. celum. MS. calum.

20. Expositio Egidii Romani super libros de Anima cum textu, II cap. de visu, Commento.76 fol.42A (Venetiis, 1496).

materialiter ex una foret corruptibile, sic et celum compositum ex alia consimilis speciei foret corrumptibile et eciam sol, quod phisice non tenetur. Lumen ergo quod non educitur de potencia materie nec creatur dicitur quod emanat, et sic emanat anima et qúilibet actus intellecciones.

/I15/ Conclusio: Anima Christi stante unione potest peccare. Contra arguitur: Signo GA beatum et sit iam primum instans unionis, tunc sic: Ex hoc quod divina essencia illabitur ipsi GA terminando omnes suas potencias, ex hoc est GA beatus; ergo ex hoc quod Deus illabitur ipsi anime Christi terminando ipsam unionem etc. est ipsa anima beata. Probatur consequencia: Nam perfectissima presencia est illapsus, ergo sequitur quod si illabende una est beata sequitur quod alia. Ergo stante tali unione non potest peccare.

/I16/ Argumentum contra necessitatem voluntatis in fruendo, ut ponit Conto. Ponatur quod Gabriel intueatur Deum et tres personas, et quod Deus suspendit actum voluntatis respectu eiusdem. Probatur casus quia ubi sunt duo que non dependent ex se mutuo, et se habent secundum prius et posterius, stat unum esse sine alio, sic est de intellectu et voluntate, ergo cum hoc pono quod Ga/briel/ habeat cognicionem abstractivam respectu Dei et trium personarum. Ista particula potest probari de Ga/briele/ sicud de Christo qui habuit intuicionem comprehensoris et eciam viatoris. Tunc arguo sic. Voluntas Ga/brielis/ potest producere fruicionem respectu cognicionis abstractive et pro illo instanti non potest habere fruicionem intuitivam, ergo.

Maior patet ex hoc quod nihil impedit ex parte potencie nec aliunde, ergo.

Item omnis potencia que nata est connoscere unum relativorum, nata est connoscere utrumque.

Doctor Subtilis dicit quod voluntas non necessario fertur in obiectum beatificum.

Contra: obiectum (divinum) et voluntas creata requiruntur, et non ex equo. ergo in beatitudine tali est subordinacio voluntatis ad obiectum et illa subordinacio non est libera sed naturalis, ergo ut naturaliter subordinatur voluntas sic vult, ergo non libere.

Item racio obiectiva Dei est mere naturalis sicud aliquod obiectum sub racione qua obiectum est mere naturale, ergo sub tali racione non libere terminat actus voluntatis.

Item quecumque racio divine accionis perfeccior est omni accione humane nature, sed racio obiectiva estracio divine accionis, ergo. Ex quo sequitur quod non ex equo concurrunt ad beatitudinem obiectum divinum et voluntas.

Item ex hoc sequitur quod ille excessus perfeccionis quodammodo necessitaret libertatem voluntatis.

In ista materia dicitur quod distancia beatitudinis est penes approximacionem divini obiecti et distanciam, et sic magis et minus beatificat, sicud est de visione sensitiva.

fol.25 Rb.

/I17/ Utrum necesse sit creaturam beatam de eternitate sue beatitudinis esse certam.

Et quod non arguitur, quia non maiorem certitudinem habet beatus de eternitate sue glorie. quam dampnatus de eternitate sue pene. Sed dampnatus non habet certitudinem de eternitate sue pene, ergo etc.

Secundo sic. Omnis certitudo habetur per evidenciam immediatam vel per evidenciam mediatam, sed neutro modo potest certificari quod erit beatus eternaliter, cum sit futurum contingens, ergo.

Ad oppositum sic. Creatura racionalis appetit naturaliter certificari de sua beatitudine cum sit miserie (?) apte nate inesse, sed hesitacionis exclusiva. Sed necesse est

omnem appetitum naturalem beati quietari, ergo.

Pro questione respondeo sic, ponendo certas conclusiones quarum prima est hec: Nullus actus creatus est creature racionalis formaliter felicitas ultimata.

Probatur quia nec actus intellectus nec actus voluntatis, ergo.

Conclusio secunda est hec: Necesse est omnem creaturam beatam de eternitate sue beatitudinis actualiter esse certam.

Probatur quia impossibile est creaturam beatam de eternitate sue beatitudinis esse dubiam vel non certam, cum beatitudo sit bonum perfectum necessario excludens omnem carenciam debiti inesse nature beate.

Tercia est hec. Omnis dampnatus de eternitate sue pene habet evidenciam immediatam vel saltem ex evidencia immediata noticiam demonstrativam.

Probatur quia omnis dampnatus habet noticiam intuitivam de omnibus circumstanciis essencialibus sue pene. Sed talis noticia est sufficiens medium ad demonstrandam eternitatem sue fine, ergo conclusio.

Quarta conclusio est hec. Licet equali evidencia certificatur dampnatus de eternitate sue pene, sicud beatus de sua beatitudine, evidencia tamen beati est perfeccior noticia quam dampnati.

Probatur quia uterque certificatur evidencia immediata, et evidencia immediata qua certificatur ⟨beatus⟩ de sua beatitudine est evidencia beatifica. Sed nullam noticiam beatificam habet dampnatus, ergo conclusio, etc.

Fol. 25va.

DETERMINACIO MAGISTRI W. TREVELLYS

/118/ CONCLUSIO PRIMI ARTICULI: Preter scienciam Christi que est ipse Deus et preter scienciam in Verbo, habuit Christus scienciam aliam adquisitam in qua proficiebat.

Istam questionem declarat Ambrosius Lib.iiii De Spiritu Sancto modicum post medium.

Item per eundem Ambrosium Libro suo De Trinitate iiii.

Contra istem arguitur sic: Quidquid habuit principium peccandi ipsum potuit peccare, sed Christus habuit principium peccandi, ergo. Antecedens sic: Ignorancia est principium peccandi et illam habuit Christus, ergo. Negatur consequencia.

Secundo sic: Si Christus habuit ignoranciam potuit per possibile omnia ignorare, sicud aliquid, vel racio quare non. Dicitur negando consequenciam, quia si unum sit dubium sicud regem sedere, non sequitur quod omnia sint mihi dubia, ut tractat (tangit ?) Augustinus xv De Trinitate cap.22.

Item si Christus ignoravit aliqua, sequitur quod ignorasset maxime occulta. Consequens falsum, quia scivit cogitaciones hominum; dicitur quod scivit illa secundum aliam scienciam.

Contra adquisicionem arguitur sic.

I Ita est de sencciis Christi in Verbo et per adquisicionem, sicud de lumine solis et candele, quod lumen candele in lumine solis disparet, ergo et talis adquisicio experimentalis superflueret.

II Item incomplete instructo scienela experimentalis superfluat, ergo.

Ideo propter istas raciones posuit frater minor tres conclusiones oppositas quarum prima est hec: Per nullam speciem in organo receptam adquisivit Christus aliquam scienciam.

6. Potius in libro De Incarnationis dominicae sacramento. c.7. n.71,72 (P.L.16,836 et sq.).
17. Augustinus. De Trinitate xv, cap.xii,(P.L.42,1073-74).

Contra istam est auctoritas Ambrosii ubi supra, quam adducit Magister pro fundamento suo.

Secunda est: Non propter defectum aliquem habuit Christus ignoranciam.

Tercia: Non quia a sensu generata, sed quia sensui coniuncta, fuit sciencia Christi experimentalis.

Contra de racione sciencie experimentalis est quod sit a memoria, et memoria est per generacionem et recepcionem specierum, ergo.

De noticia angelorum notat Augustinus Super Genesim Lib.4, cap.28, ubi tangit Augustinus quod angeli habuerunt primo noticiam in Verbo, et postea in proprio genere.

Secundus articulus est: Utrum anima aliquid intelligat non co-intelligente homine cuius est anima.

Arguitur quod sic:

Nam anima habet aliquam operacionem propriam que non dependet a corpore. Ergo etsi anima sit corpori unita illa operacio non debet impediri, ex quo non dependet. Sed talis operacio est intelligere, ergo.

Item anima in pura abstraccione vel noscit vel non, si non... Item anima semper intelligit et non interrumpitur, ergo est aliqua operacio eius propria, quia homo interrumpitur. Antecedens patet per Commentatorem. 3 De Anima, Comm.xx.

Item si est separabilis habet aliam operacionem propriam, et quod est separabilis dicit Commentator 3 De Anima, Comm.xix.

Item hoc patet per Augustinum De Immortalitate Anime, cap.i.

Item xii Super Genesim ad litteram cap.xxix, dicit quod anima non agit mediate corpore.

Item ix De Trinitate cap.vii, dicit quod novit se ex se.

Item Lincolniensis Primo Posteriorum, cap.xiiii.

10. Augustinus, Super Genesim ad litteram, lib.IV, cap.28. (P.L.40,315) (CSEL.28,126-127)
23. Averrhoes, III De Anima Comm.20, fol.164 (ed. apud Juntas 1574)
25. Ibidem..... Comm.19, fol.62.
26. Augustinus, De Immortalitate animae, cap.10 (P.L.32,1029→
27. Locum non inveni.
29. Augustinus, De Trinitate, lib.IX, cap.11 et 12. (P.L.42,969-70).
30. Aristotelis Posteriorum libri una cum Lincolniensis, lib.I, cap.14 (ed. Venetiis 1553).

Item pro eodem instanti non potest aliquis secundum idem habere summam leticiam et summam tristiciam, sed Christus in passione habuit utramque, ergo in diversis potenciis, ergo est aliqua operacio propria ipsius anime.

Ad oppositum arguitur.

Anima nec intelligit per speciem nec per essenciam, ergo nullo modo. Quod non per speciem arguitur: Ita est de obiecto sicud de luminoso, sed luminosum semper causat lumen novum et novum ergo sic obiectum; ergo infinite forent simul species in sensa ab eodem obiecto causate. Et quod luminosum continue agit patet quia est eque causatum post sicud ante et medium eque dispositum, quia medium non impedit, nec ipsum lumen in medio impedit, quia illud lumen compateretur secum aliud lumen equale vel maius, et causatum ab alio agente, ergo in fine foret lumen infinite intensum.

Confirmatur quia si luminosum, ut quattuor, infinitis mediis foret applicatum successive semper causaret lumen suum. Sic est de specie in sensu causata.

Item due possunt esse species similes in anima, ut puta, illa: homo est homo. Ergo eadem racione infinite.

pon (?) arguitur, videlicet, quod anima non intelligit per essenciam, quia tunc sequitur quod quilibet homo est eque sciens sicud aliquis, quia anima cuiuslibet est per essenciam eque perfecta.

Item tunc non foret racio quare plus unum intelligit quam omnia.

Item Philosophus Primo de Anima, Textu, Comm. sexto, dicit quod homo tristatur non anima.

Fol. 25vb.

Item tunc sine sensu // posset homo intelligere nec requirerentur species, et tunc cecus iudicaret de coloribus.

Pro responsione in ista materia sit hec conclusio prima.

Anima intellectiva unita intelligit aliqua que non intelligit homo cuius est anima.

27. Averroes in Arist. De Anima I, Textu, Comm. 14, fol. 7v. (ed. Venetiis apud Juntas, 1574).

Declaratur: Anima est intellectus agens, et intellectus agens est ipsa essencia anime et intellectus possibilis est virtus fantastica supprema, et supprema organizata, ut patet Commento xix et xx, et talis fantastica est superior ymaginativa et memoria, et in virtute fantastica possunt esse species universales et particulares per irradiacionem intellectus agentis, et per essenciam suam abstrahit et ponit in virtute.

Et tunc ad argumentum: si per essenciam intelligit, si unum intelligit eadem racione omnia intelligit.

Negatur consequencia, et notat Augustinus xii Super Genesim cap.76, et ideo dicitur quod anima ex sui natura est limitata et eciam eius operacio et nil intelligit anima nisi ad quod intelligendum concurrit Deus, et concursus Dei est causa et racio quare unum intelligit et non aliud.

Ad aliud argumentum dicitur quod omnis anima est eque sciens sicud alia, tamen anima non communicat scienciam suam corpori quia solum homo aptus natus est ut per species addiscat et sciat et sunt sibi media innata.

Per istud patet de ceco.

Ad illud de luminoso dicitur negando antecedens,et dicitur quod semper est lumen novum et novum, sed non sic est de obiecto causante speciem, quia intellectus non est capax tot specierum.

Ad aliud quare non resultat tercia species ex duobus speciebus similibus in anima, dicitur quod est magis spirituale quam lumen, et habet aliud esse quam lumen.

---

3. Averroes IN Arist. De Anima III, Comm.18,19.20 ff.161-165, v.(ed. Venetiis apud Juntas 1574)
11. Locum non inveni.

/I19/ ALIA DETERMINACIO EIUSDEM

Utrum necess sit omnia assertive dicta a Johanne in Apocalypsi et aliis prophecilis in sacra Scriptura esse, fore vel fuisse vera.

Et quod sic patet per Armachanum, qui dicit quod ex auctoritate dicentis debet fides adhiberi tanquam prophecie.

Sed contra patet de Nathan propheta qui dixit falsum.

Item de Michea qui dixit filiis Israel ut ascenderent ad prelium et statim post dixit oppositum,iii Regum, cap.xiiii.

Item multi falsa dixerunt et animo fallendi, patet iii Regum xii cap.

Item non est distincio inter dicta a proprio instruccio et divina revelacione, sed cum propria sint dubitanda, sequitur quod alia.

Item nulla est in nobis distincio inter bonos prophetas et malos,ergo non habemus credere certitudinaliter dicta prophetarum.

Item non plus habuit David de Spiritu Sancto quam Balaam, ergo nec naturali ingenio nec solempnitate vite fuit sibi plus credendum.

Responsio est talis in ista materia.

Primo distinguitur prophecia proprie et improprie.

Proprie dicitur ille propheta qui sibi a Deo secreta revelata supernaturaliter vel spiritu bono ad finem bonum denunciat, denunciavit vel denunciabit; et econtra est illle qui animo fallendi et ad malum finem ab eo intellecta denunciat vel denunciabit.

Secunda distincio est Armachani, Sexto de Questionibus Armenorum, de necessitate.

29. cf. Richardus FitzRalph, De Questionibus Armenorum, lib.I, c.2-3,(Parisiis 1511)
8. III.Reg,,xxii,15 seq.
10. Ibid.,xiii,11 seq.
29. Locum non inveni.

Item quattuor sunt condiciones inter veros prophetas et falsos.

Prima est sanctitas vite.

Secunda est verificacio dictorum secundum mentem ipsius prophete, nec fuissent ab eodem retractata.

Tercia bonus retractat dicta si male sint dicta.

Quarta quod sicud Spiritus Sanctus inspirat prophete, ita postea inspiravit Ecclesie et pontificibus, quod ipsi approbarent et conservarent dicta prophetarum tanquam autentica.

Alia responsio est quod omnes prophecie accipiende sunt cum excepcione mutacionis suppremi iudicis, ut patet de voto uxoris et pueri, que non tenent nisi pater et maritus approbent, et patet de mente Scripture Num.xiii.

Conclusio prima in ista materia est:

In omni assercione prophetica proprie dicta dispensacio seu providencia suppremi iudicis intelligitur excepta.

Secunda: omnis prophecia proprie dicta infallibiliter est, fuit vel erit vera.

Tercia: In eodem subiecto cum mortali culpa fuit aliquando gracia prophetica.

DETERMINACIO TYNGHALE

/120/ (Conclusio) Intellectus creatus per intuitum cercius quam /per/ evidenciam que nata est facere fidem, cognoscere potest quod obiectum est; de nullo tamen absoluto sibi extrinseco, cercius quam per evidenciam fidei cognoscitur quid res est que sibi obiicitur.

Prima pars huius conclusionis patet ex predictis, et secundam partem conclusionis volo suadere sic, quod de nullo absoluto sibi extrinseco, cercius quam per evidenciam, que nata est fidem facere, cognoscitur quid res est que sibi obiicitur patet hec prime per argumenta adducta ad partem veram, et confirmari potest superius dicta, per hoc quod intellectus intuens speciem et econtra utitur pro obiecto, non potest cognitive distinguere, an videt speciem tantum; quia species illa similem sibi representat, aut si res ipsa quam species illa signat esse sibi presens. Immo intellectus in sompnis firmiter credit et iudicat se videre rem, cuius ipsa est species, et non percipit errorem quando sic utitur specie pro obiecto distincto a specie ipsa et cum tamen solum videt speciem, quia ibi sola species terminatur intuitum. Ergo per intuitum tamen non cognoscitur quid res est que sibi obiicitur, sed cognoscitur vel cognosci potest abstracte intellectu, quid est res que sibi obiicitur, et non per intuicionem tantum, nec aliunde demonstrari potest. Ergo cercius quam per evidenciam, que nata est facere fidem, non cognoscitur quid res est que sibi obiicitur.

Confirmatus intellectus creatus aliquando a remotis vel cum minori lumine apprehendit et certificatur quid est, et per consequens aliter quam intuitive, tamen certificatur intellectus creatus quid est obiectum quod sibi obiicitur.

---

5. quid MS. quod.
10. quid MS. quod
21. que MS. qui

(Contra conclusionem) Sed contra conclusionem arguitur sic: Quia data conclusione sequeretur quod nulla esset demonstracio, quia in omni demonstracione quod quid est, est medium demonstrandi. Sed intellectus creatus non potest certius quam per evidenciam, que nata est facere fidem, cognoscere quod quid est rei absolute. Ergo sequitur quod intellectus creatus non potest certius cognoscere medium requisitum ad demonstracionem quam per evidenciam, que nata est facere fidem; et per consequens cum in nullo argumento quantumcumque demonstrativo potest intellectus amplius (et) certificari de consequente aliunde non scito, quam per argumentum tale, idem intellectus potest certificari de antecedente, ex quibus cognoscit vel deducit conclusionem, sequitur non evidencius quam evidencia(?) que nata est facere fidem tantum potest intellectus creatus scire aliquam conclusionem et perit ista via demonstrandi.

(Responsio) Pro isto dico quod intellectus creatus potest certius certificari de se quam de aliquo absoluto sibi extrinseco, et ideo non sequitur quod nulla demonstracio est; potest enim intellectus creatus apprehendere se esse certius quam per fidem, et demonstrare et intelligere se iterum certius quam per fidem, et ab illo actu vel noticia potest deducere conclusionem de qua certificatur quam per fidem, quia per premissa per se nota vel per se cognita intellectus creatus potest habere scienciam conclusionis firmiorem quam ex probabilibus tantum:

(Responsio) aliqo eciam ulterius pro argumento quod intellectus creatus potest scire quid est, quod est medium demonstrandi vel a quo sumitur medium demonstrandi, quamvis nihil sciat intellectus esse quid, vel nullus (?) absoluti sciat id esse quid, enim est in sensu diviso aliud in sensu composito, que ad invicem non convertuntur; potest anim intellectus habens speciem uti pro obiecto alio a specie ipsa et uti pro

---

13. ovidencia. MS. r^{to}
32. a specie ipsa. MS a speciam ipsam;

specie alia vel pro alio, sicud in somnis, esse c reius quod terminans intuitum est aliquid, quamvis nihil sciat esse terminans intuitum nec aliquid tale esse quod terminat intuitum, ut si specie representante sibi sortem utatur pro sorte, credit se videre sortem et non videt sortem, scit tamen quod videt aliquid et tamen nihil quod est scit se videre, quia nec sortem nec speciem scit se videre.

(Contra raciones cum responsione). Et si obiciatur contra, quod homo scit se videre, neganda est, sicud patet in Sophismatibus communibus, tenec ergo pro conclusione, sicud prius, quod intellectus creatus per intuitum certius quam per evidenciam fidei etc.

(Conclusio) Ex qua conclusione sequitur alia, ista, scil., quod nulli intellectui intelligenti precise qualiter nos intelligimus pro st tu vie, aliqua (duo) absoluta, quorum utrumque ab ipso esse distinctum sit, potest obiici quod certius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum cognoscat ea materialiter distinguere..

(Prima racio) Patet hec conclusio ex priori quia quibuscumque absolutis demonstratis quorum utrumque ab intellectu est distinctum, nullus intellectus potest evidencius cognoscere quod ipsa non sunt realiter idem, aut quod ipsa sunt distincta, quamquam de utroque vel de altero cognoscere potest quid est, sed de neutro certius quam per evidenciam fidei cognoscere potest quid est. Ergo conclusio confirmatur, quia noticia qua intellectus creatus cognoscit quod A non est B includit noticias A et B, et quid A est, et quid B, quia nullum medium extrinsecum sive sumatur a forma vel figura vel quomodocumque aliter, dum tamen sit medium extrinsecum est sufficiens concludi A non esse B, quia quibuscumque duobus obiectis datis Deus posset similem apparere intellectui create et similem movere intellectum et terminare intuitum. Ergo per nihil eciam intrinsecum (?) potest intellectus quibuscumque

---

1. pro specie alia MS. pro speciem alia.
16. ipso MS. ipse
31. similem MS. si lumen

absolutis demonstratis, quorum utrumque a seipso est distinctum, cognoscere cercius quam per fidem, quod ipsa sibi obiecta realiter inter se non sunt idem. Et sequitur conclusio.

(2ª racio) Item suaderi potest aliter: Nulli intellectui cognoscenti quod aliquod quod non est, S., posset similem apparere, S., hoc est per se nota, hoc est S., sorte demonstrato, quia talis scit se posse falli et alias hoc non est demonstrabile. Ergo non est cercius cognita quam propositio probabilis tantum, quia cuicumque certitudini cum qua intellectus in creatus sciit se posse falli essencialem potest habere de propositione probabili. Ex ulterius conclusione et ex hac conclusione eciam deduci potest quod nec per alia accidencia nec per hoc quod alia absoluta quorum quodlibet ab ipso est distinctum, dissimiliter movent intuitum, potest potest intellectus creatus cercius per probabiliter tantum seu per fidem certificari quod unum ab altero est distinctum, et a pari concludi quod nec per hoc quod aliqua duo absoluta etc., apparent idem vel similes, potest intellectus creatus certificari per intuitum cercius quam per fidem quod sunt idem realiter vel eiusdem speciei; et ex hac et premissis antedatis sequitur quod intuens Deum et rem in proprio genere
(Conclusio)
non potest cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum inter ea cognitive distinguere.

(3ª racio) Patet hec conclusio, quia sicud prius est argutum, intellectus non posset de aliquibus absolutis quorum quodlibet ab ee est distinctum certificari quod ipsa sint distincta cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem nisi in argumento, in quo quod quid est, esset medium unum ab esse distinctum, quia sicud argutum est de omni alio medio, intellectus scit vel racionabiliter cognoscere potest se falli sed non cognoscit cercius quam per evidenciam fidei quod quid est, sicud patet ex prioribus. Ergo etc.

6. similem. MS. in lumen.
22. antedatis. MS. a^{as}.

(2^{a} conclusio) Item intellectus creatus non cognoscit // quid res est, nisi per potenciam iudicantem speciem abstractam signantem idem, sed mediante tali specie precise per actum iudicii non potest haberi de re signata noticia alia a noticia fidei, sicud alias erat suasum. Ergo cercius quam per evidenciam que nata est causare fidem nullus intellectus intelligens precise sicud nos intelligimus pro statu vie, intuens Deum et rem in proprio genere potest inter eos cognitive distinguere. Ex quibus sequitur alia conclusio:

(Conclusio) quod nullus intellectus creatus intuens obiectum creatum sibi extrinsecum cercius quam per evidenciam fidei, scil. que nata est facere fidem, scit hoc non esse Deum, patet ex prioribus, et dico obiectum extrinsecum, quia intellectus creatus potest plus certificari de seipso quod non est Deus quam de alico sibi exterinseco certificari potest, quia si esset Deus et natura sciret se esse Deum. Ergo si non sciat se esse Deum et naturam divinam sequitur quod non est natura (racio) divina, nisi forte dicatur quod posset esse Deus secundum communicacionem ydiomatum, quamvis hoc lateret eum; posset enim assumi homo in unitate suppositi, licet non haberet intuitum clarum de Deo, sed hoc dicere non est ad propositum quia ex hoc non diceretur quod esset natura divina.

(Conclusio) Ex his eciam et superius dictis patet, quod si intellectus beatus non aliter intelligat quam pro statu vie natus est intelligere, precise evidencia que nata est facere fidem et tantum certificatur de sua beatitudine. Patet hec conclusio ex premissis, quia intellectus non est cercior de sua beatitudine quam est quid id est quod sibi obiicitur. Sed non cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem, scit quid illud est quod sibi obiicitur. Ergo non cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum certificatur de sua beatitudine. Sed forte dicatur quod quia videt (racio) Deum infinitum ideo certificatus est quod est Deus cercius quam per argumentum probabile tantum, et per hoc patet falsitas aliarum conclusionem.

2-3 abstractam signantem.. MS. abstracta signante.
3 specie. MS. speciem.
7 statu. MS. stato.

Sed tale probo quod per intuitum non potest certificari cercius quam argumento probabili, quod Deus est infinitus, quia quilibet intellectus creatus intuens Deum tantum apprehendit sub racione finita. Ergo non potest scire quod est infinitum plus vel non finitum, perfeccius quam apprehendit, nisi per discursum. Consequencia patet, quia semper iudicium naturale intellectus creati est natum adherere propter evidenciam, secundum quod insuper (?) ab obiecto,nisi aliunde movetur. Confirmatur quia nulli intellectui est hoc evidens, apprehendit B et non potest apprehendere B esse finitum per intuitum precise. Ergo potest per intuitum precise cognoscere quod est infinitum. Ergo cum aliunde non potest intellectus creatus per intuitum precise habere evidenciam quod B vel Deus est infinitus, sed quod per intuitum non est sibi evidens quam per fidem, quod Deus est infinitus.

(racio) Item actu finite precise non potest intellectus creatus deprehendere intuitive quod Deus est infinitus. Ergo etc.

Antecedens patet, quia cuicumque actui suo posset similem actum habere et similem movens (?) ab agente finito tantum. Item sicud prius est assumptum quilibet intellectus tantum finite apprehendit Deum et quomodo cum finite movetur ab alico potest aliud similem movere et sibi similem apparere, obiecit me sicud premissum est. Ergo cercius quam per evidenciam fidei non potest cognosci ab intellectu creato quod Deus vel aliquod obiectum finite apprehensum sit infinitum, et quod quilibet intellectus beatus intuens Deum tantum finite apprehendit. Patet quia aliter esset in infinitum beatus et ita beatus, quod non posset magis beatificari. Quod posset esse quod aliqua creatura esset misera, et tantum crederet se esse beatam, imo quod esset beata et quod appareret sibi tante sibi certificari de sua beatitudine quante de suo statu aliqua creatura certificatur in statu patrie. Hec patet conclusio, quia ex nullius creature beate noticia

3. quilibet. MS. quolibet.
20. similem. MS. si lumen

creata est firmior aut cercior quam nata est habere per evidenciam probabilem, et quantumcumque certa et apparens noticia est nata haberi per evidenciam probabilem seu probabiliter tabtum aliqua alia circa obiectum quod sibi est nata apparere obiective similem, potest apparere sibi eque evidens et eque firma. Ergo potest esse quod apparet quod ipsa sit beata et tamen de facto nihil ab ea nisi videretur nisi creatura, et per consequens staret quod esset misera et tamen crederet quod ipsa esset beata, et ex hac quod posset esse quod creatura beata est in inferno et dampnatur et tamen crederet quod ipsa esset in gloria, nec valet dicere quod creatura beata cognoscit clarius quam aliqua creatura in via, quia cognoscit in alico lumine, quia iuxta habetur in Clementinis, elevantur quodam lumine beatifico et mediante tali lumine cognoscunt clarius et perfeccius et aliter specifice quam aliqua cognicio nata est habere pro statu vie, quia et si ponatur tale lumen adhuc non refert quin noticia sit proporcionata, ita quod in illo lumine nata habere noticia probabilis, sicud in isto, et demonstracio non obstante erit perfeccior, quia lumen non variat speciem cognoscendi, sicud si aliquis cognoscat lumen candele et postea lumen solis, propter hoc quod lumina sunt specifice distincta non oportet quod noticie sint specifice distincte, et ideo licet non ponetur quod tale lumen sit, non tamen sequitur quin ibi sit probabilis, sicud in statu vie, quod patet quia termini [qui] non sunt evidentes de se, non sunt evidentes in alio lumine, quia de non evidentes lumen non facit per se evidentes.

Ex his patet quod licet fides patrie sit perfeccior fide vie non tamen excedit fidem, quin est fides vel saltem non cercior noticia probabili quamquam certitudinem faciat supernaturalem astronomicam, patebit in sequenti.

13-14. Joannes Andreae, Glossa Ordinaria in Clementinas, lib.V, Tit.III, cap.III. Ad Nostrum.

P/ecia/ ?

DETER MINACIO TYDYSHALE

/121/ Utrum quelibet creata notic ia intellectualis sit proporcionata evidencie racionis.

Quod non videtur, quia data parte conclusionis a'firmativa deduci potest quod quibuscumque signatis noticiis creatis, quarum una altera signata sit firmior aut cercior creata noticia ea signatarum, que altera signata est cercior aut firmior creata noticia reliqua cerciori aut firmiori, evidencie racionis est proporcionata. Consequens falsum, tam secundum noticiam creatam patrie; quod enim sit falsum secundum noticia/m/ vie patet, quia aliquando per unam evidenciam tantum aut per evidencias precise similes et sibi invicem equales de una et eadem conclusione, unus habet opinionem, alius habet fidem, vel scienciam, et distincti intellectus creati de eadem conclusione certificantur inequaliter. Ergo aliquando cercior et minus certa noticia eidem evidencie aut evidenciis precise similibus et sibi invicem equalibus sunt proporcionate, et per consequens non semper cercior aut firmior creata noticia cerciori aut firmiori evidencie racionis est proporcionata. Consequencia patet, et antecedens quia aliquando eadem evidencia qua distincti intellectus creati assenciunt uni vero, non apparet cuilibet istorum eque evidens sed uni apparet maius evidens, alteri minus evidens, et distinctes intellectus creates inequaliter movet ad assensum.

Item viator habet noticiam sibi adquisitam per evidenciam racionis de alico probabili tantum, et alius viator habet de eodem probabili noticiam ee firmior creata noticia reliqua cerciori aut firmiori evidencie racionis est proporcionata. Consequencia patet et antecedens pro prima parte, quia constat quod viator propter evidenciam racionis adheret et intellectualiter assentit alicui vero probabili tam firmiter absque formidine de eodem, et hoc assensu vel adhesione adquisita.

14. fidem. MS. sidem.
28. firmior. MS. sirmior.

Ergo viator habet noticiam sibi adquisitam per evidenciam racionis de alico probabili tantum. Consequencia patet ex hoc quod sciencia communiter dicta est propter evidenciam racionis assentire vero firmiter absque formidine de eodem, iuxta communiter loquentes de sciencia communiter dicta, et suaderi potest sufficienter ex Lincolniensi, Primo Posteriorum:

(1)
Ergo quilibet assenciens propter evidenciam racionis alicui vero probabili firmiter absque formidine de eodem, habet de eo scienciam saltim communiter dictam, et per consequens habet noticiam de eodem, quia omnis sciencia est noticia; et idem eciam modus loquendi suaderi potest per racionem sicud inferius maius patebit.

Item si viator non habeat noticiam sibi adquisitam per evidenciam racionis de alico probabili tantum, nulla conclusio logicalis seu philosophica esset scita dialectice vel philosophice argumento probabili tantum, imo nec logica nec naturalis philosophia esset sciencia, et sequitur quod sola conclusio demonstrabilis vel propesicio immediata esset scita. Consequens falsum.

(2)
Contra, Beatus Augustinus, 15 De Trinitate, C.12,ubi sic: 'Absit, inquid, ut scire negemus ea que testimenio didicimus aliorum, alioquin esse nescimus Occianum; nescimus terras et urbes, quas celeberrima fama commendat; nescimus fuisse opera et homines, que historica leccione didicimus; nescimus que coctidie undecumque nunciantur; postrimo nescimus in quibus
fol.27A[b]
locis, vel ex quibus parentibus sumus // exorti; quia hec omnia credimus testimonio aliorum. Quod si hoc absurdissimum est dicere; non solum nostrorum, verum eciam et alienorum corporum sensus addidisse nostre sciencie "confitendum est". Ex hac auctoritate pariter et processu patet quod alia quam demonstrabilia vel immediata sunt scita; patet eciam quod aliqua sciuntur, que sunt probabilia tantum; patet

9. firmiter: MS. sirmiter
24. fuisse. MS. suisse.

eciam quod aliqua intellectualis adhesio seu fides adquisita por evidenciam racionis de alico probabili tantum est sciencia, et inde prius assumptum est evidens, scil., quod viator habet noticiam sibi adquisitam per evidenciam racionis de alico probabili tantum; et ne fiat vis in termino, voco probabile, sicud loquitur Aristotēles de probabili, Primo Top., ut distinguitur contra demonstrabile vel per se notum, est tamen tale quod videtur omnibus aut pluribus, et maxime sapientibus. Constat, enim, quod de alico tam est viatori adquisita noticia per evidenciam racionis, quod sunt primum assumptum et secundum assumptum; probatur scil.,quod alico habente noticiam adquisitam de alico probabili tantum, alius habet de eodem probabili firmiorem aut certiorem noticiam et sibi adquisitam precise per evidenciam racionis alterius evidencia minus certam, quia ad eamdem conclusionem probabilem ad quam assentit exercitatus exercitate firmius aut certius et propter evidenciam racionis alterius evidencia minus certa, quia nec habet racionem que movet ad contrarium sicud exercitatus habet, nec scit solvere evidenciam sicud exercitatus. Ergo minus certa evidencia sufficit minus exercitato ad firmiorem assensum.conclusionis (?)

Quia singnata quacumque evidencia per quam exercitatus ad arguendum assentit conclusioni vere firmiter et absque formidine de eadem; constat quod aliqu ndo aliqua evidencia minus certa minus exercitato apparet probibilior quam ipsa signata evidencia exercitato apparet. Ergo si cetera sunt paria minus certa evidencia in casu tali movet vel inclinat minus exercitatum ad firmiorem assensum quam sit assensus ad quem movetur exercitatus per singnatam evidenciam. Ergo si propter tales et precise taliter moventes evidencias duo (?) assenciant alicui conclusioni nullo aliunde specialiter inclinante intellectum ad assensum, sequitur quod a minus certa evidencia causatur firmior assensus. Et

7. Arist., Top. I, 1, 100b,22-24.

consequencia patet, quia ex quo intellectus naturaliter inclinatur ad assensum, habita evidencia sufficienti, et quandocunque intellectus creatus assentit alicui, gradus assensus est proporcionatus gradui inclinacionis aut motus ad assensum. Sequitur in casu quod aliqui duo inequaliter assenciant quod intenciori gradui inclinacionis vel motus ad assensum correspondet intencior seu firmior gradus assensus, sed aliquando constat duo assenciunt inequaliter et a
Fol.27v minus certa evidencia, alter forcius /// inclinatur ad assensum. Ergo aliquando a minus certa causatur assensus firmior aut cercior, et per consequens firmior aut cercior noticia. Et sequitur ultra quod aliquando cercior noticia creata est aut causatur a minus certa evidencia. Consequencia patet ex predictis. Confirmare possunt hec et predicta, quia sicud dicit Commentator in Prologo 3^i Phys.: 'fides vulgi est nobilior fide philosophorum'. Et constat quod non loquit ibi de fide infusa, quia sic loqui de fide non cadit sub consideracione philosophancium. Ergo loquitur de fide adquisita per evidenciam racionis, non est adquisita et subtiliori aut cerciori evidencia quam adquiritur a minus certa evidencia, quam adquiritur fides philosophorum, et ipsa est fide philosophorum fides firmior. Ergo aliquando a minus certa evidencia est fides firmior viatori adquisita, et cum quibus talis fides per evidenciam adquisita sit adhesio absque formidine de eodem, alias enim, esset opinio, sequitur ex premissis quod quelibet talis fides sit noticia et per consequens aliquando a minus certa evidencia causatur firmior aut cercior creata noticia et consequenter argui potest quod minus certa noticia aliquando est cerciori evidencia, et eciam quod singnata quacumque creata noticia adquisita probabili, evidencia alia noticia sibi precise equalis posset sibi adquiri a cerciori evidencia, et eciam quod alia equalis posset adquiri a minus certa evidencia et inde evidens est quod non

15. Aristotelis Stagiritae libri Physicorum octo.....cum commentario Averroys., prologo libri Tertii: fol. XIX verso (Ed. Parisiis 1590).

In editione Veneta apud Juntas 1574, fol.85^r, legitur haec nota quod 'editores secuti sunt sententiam Pauli Ismolitae et Doctoris Codicis qui dicunt quod hae partes quę in fine libri II, proemii loco Tertii, inveniuntur, sunt pars
60 commenti, Physicorum I.

sempor creata noticia evidencia racionis est proporcionata, et hoc in statu vie, et quod conclusio ad hoc sit consimiliter in statu patrie patet, quia in patria precise per eandem naturam distincti intellectus creati cercius et minus certe cognoscunt idem. Ergo cercior et minus certa noticia in patria sunt precise ab eaden evidencia, et per consequens non semper cercior aut firmior creata noticia in patria cerciori aut firmiori evidencie racionis est proporcionata. Consequencia patet et antecedens, quia certitudo noticie create in patria est proporcionata apprehensioni terminorum vel signabilium per terminos. Ergo si aliquis intellectus creatus clarius terminos vel signata terminorum apprehendat in patria ipse illud idem alio clarius cognoscit sed eumdem evidenciam et terminos seu signata terminorum eiusdem evidencia, unus alio in patria clarius apprehendit. Ergo eandem evidenciam et terminos seu signata terminorum eiusdem evidencia unus alio clarius cognoscit, et per consequens ex eadem evidencia unus alio clariorem habet noticiam in patria, et ultra quelibet noticia in patria que alia est clarior..... cercior aut firmior noticia. Ergo sequitur quod non semper cercior aut firmior creata noticia in patria cerciori aut firmiori evidencie racionis est proporcionata, quod fuit probandum.

Secundo principaliter ad partem conclusionis negativam arguitur sic. Omnis creatura intellectualis beata cercius cognoscit quod ipsa est beata, quam ipsa est nata certificari de aliqua conclusione argumento probabili, et tantum, et nulla creatura beata evidencius cognoscit quod ipsa est beata, quam
Fol.27v^{b}
ipsa est nata certificari de /// aliqua conclusione argumento probabili tantum. Ergo aliqua creature beate intellectualis noticia non est sibi ita evidens sicud ipsa est aliquis certa, et per consequens aliqua creature beate intellectualis noticia evidencie racionis non est proporcionata.

7. cerciori. MS. ceraciori.
19. Lectio difficilis. MS. habet t^{a} sed
19. cercior. MS. ceracior.
20. cercior. MS. ceracior.
23. fuit. MS. suit.
27. creatura. MS. creata.

Consequencia patet quia si alicui creature sit maius certum quod ipsa /sit/ beata, quam sibi sit evidens quod ipsa sit beata, et quante certum est creature quod ipsa est beata, tante sibi est notum quod ipsa est beata. Ergo est maius notum creature quod ipsa est beata quam est sibi evidens, quod ipsa est beata; et constat quod in nulla proporcione est maius notum sibi quod ipsa sit beata, quam est sibi evidens quod ipsa sit beata. Ergo latitudo talis noticie est impro-porcionata evidencie. Ergo talis creata noticia in patria, evidencie racionis non est proporcionata, et sic patet consequencia; et primum assumptum probatur sic: quod omnis creatura intellectualis beata certius cognoscit quod ipsa est beata, quam ipsa nata est certificari de aliqua conclusione argumento probabili tantum, quia nulla creatura est nata certificari de aliqua conclusione per fidem aut per evidenciam que nata est facere fidem tantum, quante creatura intellectualis beata certificatur quod ipsa est beata, sed quante intellectus creatus potest certificari de aliqua re argumento probabili, creatura est nata certificari de aliqua conclusione per fidem vel per evidenciam que nata est facere fidem tantum. Ergo nullus intellectus creatus potest certificari de aliqua re argumento probabili, quante certificatur creatura intellectualis beata quod ipsa sit beata. Consequencia patet et maior est evidens ex processu Apostoli, scil., eo quod evacuabitur fides in patria et erit ibi noticia perfeccior sicud patet Prima ad Corinthios.XIII; quod non oporteret si esset econtra bata certificari per fidem aut per evidenciam, que nata est facere fidem tantum, sicud de facto certificatur noticia partis et evidencia eiusdem.

Ergo creatura beata certius cognoscit noticia patrie ea que scire requiruntur ad suam beatitudinem, quam ipsa est /nata/ certificari de aliqua conclusione per fidem aut per evidenciam que nata est facere fidem tantum, et per consequens, nulla

24. sit. MS. sequitur.
26-7. perfeccior MS. perfecciorem.
34. consequens MS. consequenter.
27. I ad Corinthios, XIII,10-12.

creatura est nata certificari de aliqua conclusione per fidem aut per evidenciam que nata est facere fidem, quante certificatur creatura intellectualis beata quod ipsa est beata, que est maior; et minor suadetur, scil., quod quanto intellectus creatus potest certificari de aliqua re argumento probabili creatura est nata certificari de aliqua conclusione per fidem vel per evidenciam que nata est [facere] fidem, quia ex descripcione seu distincione syllogismi dialectici quam ponit Boicius, Primo Top., "syllogismus est oracio faciens;" et constat , cum sit descripcio seu distincio non materialis tantum et bene data, quod datur in comparacione ad actum vel effectum perfectissime speciei natum causari ab eodem, sicud satis patet ex processu Aristotelis, Primo de Anima, et per consequens argumento probabili non potest adquiri noticia perfeccior [quam] est nata adquiri argumento dialectico quam

Fol.28R

fides. Ergo quante intellectus /// creatus est natus certificari argumento dialectico, creatura est nata certificari per fidem vel per evidenciam, que nata est facere fidem, et per consequens, sicud prius, si quelibet creatura beata intellectualis certius cognoscit quod ipsa est beata quam aliqua conclusio sit nata cognosci per evidenciam, que nata est facere fidem, sicud videtur ex processu Apostoli, sequitur quod quelibet creatura beata certius cognoscit quod ipsa est beata quam nata certificari de aliqua conclusione argumento probabili, quod fuit primo principaliter assumptum; et secundum assumptum probatur sic: quod nulla creatura beata evidencius cognoscit quod ipsa est beata quam ipsa nata est certificari de aliqua conclusione argumento probabili tantum, quia nulla creatura beata cognoscit evidencius quod ipsa est beata quam ipsa cognoscit quod ipsa in eternum erit taliter, et in statu illo, et per consequens nulla creatura cognoscit evidencius quod ipsa est beata quam ipsa cognoscit futurum contingens. Sed nulla creatura est nata certificari de aliqo contingente futuro evidencius quam evidencia probabili tantum

25. fuit. MS. suit.

9. cf. Boitius, I Topicorum, cap. I (P.L. 64,909)

Ergo nulla creatura cognoscit evidencius quod ipsa est beata quam evidencia probabili tantum. Consequencia patet, et primum assumptum est evidens, quia non potest esse de lege, quod aliqua creatura sit beata nisi ipsa secura de suo statu, quod esse non potest sufficienter ad beatitudinem nisi ipsa sit secura quod ipsa erit taliter in eternum. Et secundum assumptum probatur,scil., quod nulla creatura beata est nata certificari de aliquo contingenti future evidencius quam probabiliter tantum, quia ex nulla apparencia obiecti qualiscumque clare representantis rem distinctam ab eo et obiecto, potest concludi intellectui create evidencius quam probabiliter tantum, quod res distincta ab eo et obiecto, sicud inferius patebit.

Item capio potissimam evidenciam a qua certificatur creatura beata de effectu future et contingente, scil., qua videt quod Deus vult Antichristum scire, et probo quod ab illa non potest sciri certius quam probabiliter tantum, quod Antichristus erit quia stat quod ista consequencia, Deus vult Antichristum scire, ergo Antichristus erit, non est formalis sed tenet graciam materie. Ergo non est de se evidens. Ergo non est per se nota, nec est demonstracio aut sophistica, quia constat quod consequencia est neutra ergo est probabilis.

Consequencia patet ex sufficienti distincione evidencie Aristotelis, Primo Top., aut videtur quod aliqua species evidencie de qua non considerat Aristotiles ibidem, quod non videtur verum.

Item nulla proposicio de futuro contingentevel signatum eiusdem est natum esse de se evidens, aut demonstrare nec intuer potest dum $\overline{\text{alo}}$? est sicud inferius probabitur. Ergo non potest evidencius cognosci quod effectus de futuro contingens erit quam probabiliter tantum. Ergo nulla creatura potest scire evidencius quod ipsa erit taliter in eternum, quam probabiliter tantum. Et ultra sequitur quod hec evidencius quam probabiliter,quia ipsa est beata.Confirmari possunt eciam premissa, quia nulla creatura evidencius cognoscit quod ipsa

24. Arist., Top. I, 8, 103b.3-19.

eternaliter videbit Deum et quod semper erit in statu illo,
Fol.28R[b]
quam ipsa // cognoscit quod videt Deum et quod sibi obiciuntur tres persone distincte. Sed nulla creatura beata potest evidencius, quam evidencia, que nata est facere fidem tantum, cognoscere quod ipsa vidit Deum et quod sibi obiciuntur tres persone distincte. Ergo nulla creatura beata potest evidencius quam evidencia que nata est facere fidem tantum, cognoscere quod ipsa eternaliter videbit Deum. Consequencia patet, et maior est manifesta, et minor suadebitur inferius ex hoc quod intueri non ⌊potest⌋ a creatura quid res est, et eciam ex eo quod differencie personales sunt negative tantum, et per consequens ab intellectu creato intueri non possunt, ex quo eciam ultra deduci potest quod creatura intueri non potest quod Deus est tres persone.

Tercio principaliter ad partem negativam conclusionem arguitur sic.

Data conclusione, scil., quod quelibet creata noticia intellectualis sit proporcionata evidencie racionis, nulla est certitudo intellectualis. Consequens falsum, quia tunc prophete et prophetantes, sortilegi et divinantes et astrologi, de effectibus particularibus pronosticantes non habent evidenciam racionis, qua sufficienter certificari possunt de futuris effectibus, nec habere possunt per artem, per cuius principia pronosticare profitentur. Sequitur quod nullus eorum per artem suam vel aliunde per habitum prophesie de de talibus effectibus futuris haberent certitudinem. Consequens falsum.

Constat, enim, quod quidam prophete habuerunt de aliqo effectu futuro sufficientem certitudinem et firmum assensum absque formidine, et per consequens fuerunt ⌊certi⌋; quod tamen talis certitudo sive noticia non sit proporcionata evidencie racionis quia tam habitus prophetic[us] quam inspiracio prophetica, si qua sit, est actus vel habitus inevidens. Ergo cum multi prophetarum quoad multa prophetata fuerunt moti ad

12. creato. MS. create.
17. quelibet. MS. quilibet.

assensum sola inspiracione vel habitu prophetico inclinante, vel utroque modo, sequitur quod noticia vel certitudo respecta illorum non sit sufficienter evidens; etenim sequitur quod non sint a sufficienti evidencia et per consequens non sunt evidencia racionis proporcionata, et quod consimiliter pronosticacio astrologorum de multis effectibus particularibus sit a non sufficienti evidencia, patebit inferius, eo quod non potest dari verus locus absque omni errore pertinente ad hoc quo situ aliquis planeta est in comparacione ad tercio Zodiacum et per consequens nec verus aspectus inter planetas absque omni errore ad hec pertinente dari potest, et per consequens ex eis non potest concludi sufficienter que sit dis posicio vel ad qualem effectum aut quis effectus ex talibus planetis et in tali aspectu proveniat; de quibus inferius diffusius est tractandum, per consequens astrologorum certitudo sive noticia, qua de particularibus effectibus pronosticare viderentur evidencie racionis non est proporcionata.

Confirmari potest, scil., quod certitudo intellectualis seu noticia creata sit absque racionis evidencia quia viatores
fol.28v^{a} // firmiter absque formidine assencium ad primum articulum fidei et credunt quod Deus est trinus et unus absque racionis evidencia, eciam stante potissima racionis create evidencie in contrarium. Ergo quoad hoc certitudo cognicionis vie non est proporcionata evidencie. Consequencia patet, et minor, quia viator tantum certificatur de illo articulo, quod negat syllogismum optimum et discursum de se evidentem, scil., syllogismum expositorium seu demonstrativum, cuius tantum adnectit antecedens; et quod non faciat sic propter racionis evidenciam patet, quia non meretur tunc in taliter credendo, quia fides non habet meritum ubi adquiritur per racionem , sicud tenet Scola communis, et deduci potest, ut videtur ex processu Gregorii, Omelia super illo Evangelii: 'cum sero esset die illa una sabbatorum etc.' ex quo patet quod non omnis certitudo intellectualis noticie create est

7. Inferius. MS. inserius. 27.discursum. MS. distresaum. 33.Gregorius, Homilia XXVI, (P.L.76,1197):Fides non habet meritum si humana ratio praebet exporimentum'.

proporcionata racionis evidencie et sequitur pars negativa conclusionis; pro parte tamen affirmativa conclusionis sic arguitur: Logica, Geometria et cetere sciencie vel habitus scientifici sunt proporcionate suis principiis et propositionibus immediatis, et tam principia quam proposiciones,a quibus adquiruntur tales habitus, proporcionantur suis evidenciis,et ita est de qualibet alia noticia conclusionis adquisita. Ergo omnis noticia adquisita evidencie racionis est proporcionata. Consequencia patet et antecedens, quia nulla conclusio geometrica quantumcumque evidens est evidencior conclusione probabili tantum, nisi quia principia demonstracionis sunt evidenciora principiis probabilibus, sicud patet Primo Topicorum; nec eciam principia sunt nociora conclusionibus,nisi quia evidenciora, sicud /patet/ Primo Posteriorum.

/Secundo/ ad eandem partem potest esse quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni et non potest esse quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni nisi ipsa appareat sibi vera, nec potest esse quod aliqua proposicio appareat sibi vera nisi de tanto appareat sibi vera, nisi de tanto appareat sibi evidens. Ergo non potest esse quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni, nisi ipsa appareat sibi evidens, etsi hoc deduci potest quod non potest esse, quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni absque evidencia et per consequens cum a firmiori evidencia sit natus causari assensus firmior et econtra, ut prius dictum est,sequitur quod quelibet intellectualis noticia evidencie racionis est proporcionata. Consequencie patent, ut videtur et antecedens probatur, scil., quod non potest esse quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni nisi ipsa appareat sibi vera; quia tunc posset esse quod intellectus creatus assentiret alicui proposicioni dum sibi apparet falsa vel dubia seu neutra;et sequitur quod tunc posset esse quod intellectus dictaret propositionem esse falsam vel dubiam,aut saltim quod

33. falsam. M3. flama
12. Arist., Top.I,1,100b.,26-33.
14. Arist., Post.I, 2,71b,50.

illa proposicio esse sibi mere neutra,et tamen crederet illam pro tunc, quod falsum est.

Item non est in potestate voluntatis create libere opinari vel assentire ad quodcumque quod intelligitur. Ergo aliqua est racio a parte vel intellectus, quare assentit uni propositioni vere et alteri non assentit, de qua tamen considerat.

Talis racio est racio unde vel quare proposicio si sic assentit apparet sibi vera et evidens. Ergo non potest esse quod
Fol.28v^{b}
intellectus creatus assenciat ///// alicui proposicioni nisi sit aliqua racio unde vel quare proposicio, cui si assentit apparet sibi vera et evidens, consequitur quia capiatur talis proposicio: rex sedet vel astra sunt paria,aut aliqua pro qua vel eius proposito non est aliqua racio qua percipit, et constat quod non est in potestate tua credere sic esse sicud talis proposicio signat sine omni alia noticia, a qua altera vel sic esse sicud altera signat esset tibi evidens. Ergo ad hoc quod assencias huic, requiritur alia vel alicuius alterius noticia, unde hoc appareat tibi evidens.

Consequencia patet et antecedens, quia alias sequitur quod quilibet viator posset pure naturaliter actingere ad omnem noticiam fidei vel ad omnem articulorum fidei noticiam distinctam; constat enim quod quilibet potest naturaliter apprehendere terminos et componere eos ad invicem, ergo si in libera potestate eiusdem sit cuilibet vero apprehenso intellectualiter assentire, sequitur quod ex puris naturalibus viatoris, viator potest omnem fidei christiane articulum apprehendere et credere.

Consequens falsum,et contra sentenciam Apostoli Ad Rom.10,ubi suadet quod fides est ex revelacione,dicens; 'fides ex auditu est'; ad propositum, scil., quod non potest naturaliter et de lege esse fides absque revelacione, querit: 'quomodo crederent quod non audirent', quasi diceret: 'non posset', et per consequens nullus ex precise naturalibus potest assentire <u>omnibus christiane fidei</u> et legis articulis.

28. <u>Ad Rom.</u>, X, 17.

Item potencia nore naturaliter est de se indifferens ad assenciendum vel dissenciendum, non tendit in altera parte nisi moveatur, quia a contingenti equali non sicud patet per Commentatorem 2 Phys.Contra Avicennam commento 47,et constat quod non potest esse naturaliter tantum, quod intellectus creatus moveatur ad assensum absque evidencia. Ergo non potest esse naturaliter tantum quod intellectus creatus assenciat alicui, nisi per evidenciam. Consequencia patet et minor, scil., non posset esse naturalitor tantum quod intellectus ex se et sine evidencia sufficeret assentire,sequitur quod ita sufficeret ad quodcumque verum assentire et sine evidencia est contra predicta.

Item aliter arguitur principaliter ad probandum partem conclusionis affirmativam.

Nam dato opposito conclusionis et quod aliqua creatura aliqua cognoscat clarius,et aliqua minus clare eandem conclusionem, sequitur quod cum clariori aut certiori evidencia respectu creature taliter cognoscentis. Respectu talis conclusionis staret remissiorem aut saltim non eque intensa noticia. Consequens falsum, ut videtur, quia si cum clariori aut certiori noticia creature respectu alicuius conclusionis staret remissiorem aut minus certa noticia et non dare statum. Ergo cum quacumque evidencia racionis staret eciam remissior noticia, et ex consequenti quantumque signata noticia staret ea remissiorem in eodem de conclusione sibi demonstrata et eciam cum demonstracionis evidencia. Consequens,ut videtur, est falsum eo quod assensus vel dissensus iudicii naturalis est, immo in utroque, est actus naturalis et per consequens conformis mocioni naturali,que non causatur naturaliter nisi ab evidencia. Ergo quelibet Fol.29Ra talis /// intellectualis noticia creata evidencie racionis est proporcionata, que est questio.

In isto dubio sic procedam.

Primo iuxta argumenta tacta ad partem negativam t materias

6. moveatur Ms. moveatus
5. Averrhoes, In Arist. Phys. II, commento 48, f.66v^b (ed. 'ent' apud Juntas).

potest esse quod intellectus creatus assenciat alicui proposicioni nisi per evidenciam primi principaliter complexi, scil., non adhesitaret intellectus quod contradictoria possent vere enunciari de eodem, aut dubitaret de hoc non posset esse quod esset cercius de aliqua parte contradiccionis alicuius contingentis, dum staret in tali errore vel dubio.

Ergo ad hoc quod aliquis assenciat alicui contingenti requiritur quod non hesitet aut dubitet de primo principio complexo, et quod ultra hoc requiratur eiusdem principii vel dignitatis, ad hoc quod assenciat; patet per Aristotelem Primo Post., ubi Aristoteles dividit proposicionem immediatam in posicionem et dignitatem, posicionem vocat principium, quod non est necesse docendum habere; dignitatem, quam necesse est habere quemlibe

Fol.29R[b]

// docendum. ex hoc patet quod nec potest addisci absque evidencia, quam signat prima dignitas, et ex hoc ultra patet, quod nulla noticia complexa de alico contingente potest esse creature evidens precise ab evidencia incomplexa.

Secundo principaliter.

Nulla creatura evidencius quam evidencia que nata est facere fidem tantum, potest cognoscere quid res est que sibi obicitur et aliqua creatura cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum cognoscit quid res est que sibi subiicitur. Ergo aliqua certitudo create noticie non est proporcionata sue evidencie. Consequencia patet et minor, quia creature beate cercius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum cognoscunt quod id quod ipsis obicitur est Deus, sicud satis deduci potest ex processu Apostoli superius allegato 1[a] ad Cor.13, et maior probatur sic: quod nulla creatura evidencius quam evidencia que nata est facere fidem tantum potest cognoscere quid res est que sibi obicitur, tam de creatura beata, quam de creatura non beata, quia quibuscumque essencia divina apparet intellectui creato potest esse quod aliqua natura a Deo distincta appareat idem obiective

10. Arist. I Post. 2, 72[a], 16.

simillima et econtra.

Sed certius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum non potest intellectus creatus cognoscere quod id quod sibi obiicitur non sit natura a Deo distincta, et que sibi possit apparere obiective simillima. Ergo non certius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum potest intellectus creatus cognoscere quod sibi obiicitur essencia divina et idem vel similem argumento potest fieri de quolibet obiecto.

Confirmatur quia non certius potest creatura scire quod sibi obiicitur essencia divina, quam potest scire quod sufficit distinguere hoc ab omni alio a Deo distincto, licet appareret sibi obiective similem. Sed nulla talis evidencia est nec esse potest nisi forte talis que nata est facere fidem tentum. Ergo non certius quam per evidenciam que nata est facere fidem tantum, cognoscit creatura beata quod sibi obiicitur essencia divina, et consequenter de alio obiecto et intellectu creato contingit arguere. Confirmari possunt hec et superius dicta, quia quelibet creatura beata scit et cognoscit quod sibi obiicitur essencia divina, et nulli intellectui creato est propositio signans precise, quod Deus sibi obiicitur, propositio per se nota, nec aliunde est de de et ex tantum terminis evidens, nec eciam est deducibilis a per se noto vel per se notis. Ergo a nulla creatura beata est evidencius cognitum quod Deus sibi obiicitur, quam deduci potest et cognosci argumento et evidencia probabili tantum. Consequencia patet ut prius ex sufficienti distincione evidencie, de qua superius dictum est.

Item hec omnia confirmari possunt per hoc quod intellectus creatus dicens quod natura a Deo distincta posset sibi apparere simillima et quod non posset cognitive distinguere

1. simillima. MS. sitoma.

inter Deum et quodcumque a Deo distinctum sibi obiective simillimum posset habere evidenciam probabilem vel saltim apparentem sibi probabilem quod obiectum apparens esset natura a Deo distinctam et que sibi esset obiective simillimam, et per id sequitur quod posset habere apparentem evidenciam unde esset neuter aut dubius an quod sibi obiicitur sit Deus Deo demonstrato, et ita de quolibet alio obiecto a

Fol.29va

fortiori et per consequens non evidencius quam /// evidencia dicta ectica seu probabili a creatura cognoscitur quidres est que sibi obiicitur. Sed forte huic respondetur, quod cuilibet creature beate Deus sic obiicitur quod non posset esse aliqua natura ab eo distincta appareret sibi Deus, quod nulla res a Deo distincta posset apparere simillime obiective.

Sed contra istam responsionem arguitur sic.

Dato quod ista responsio esset vera adhuc probo propositum, quia dato quod non posset esse quod aliqua natura a Deo distincta posset apparere intellectui creato Deo obiective simillime, adhuc hoc non esset per se notum, nec demonstrabile alicui creature, et ex hoc quod divina potencia est infinita, subducta confirmacione in beatitudine posset fieri evidencia quod Deus posset facere naturam a se distinctam, que sibi appareret obiective similem. Ergo posset probabiliter induci, unde sic esset probabile quod Deus posset tale producere et si potest tale facere, posset fieri evidencia qua creatura intuens, esset dubia an hoc faceret de facto, quia si potest facere talem, quin faciat, non est evidens nisi probabiliter tantum.

Consequencia patet, quia vel est per se evidens vel aliunde cercius quam probabiliter evidens ab aliqua evidencia, sive sumatur evidencia ab obiecto vel ex terminis dum ex eadem vel simili, oppositum quare (?) erit evidens.

---

22. similem. MS. silumē

Ergo si ex obiecto vel aliunde posset esse evidens creature quod faceret tale, sequitur quod ab eodem non potest esse evidens quod non facit tale, nisi probabiliter tantum.

Confirmatur quia intellectus creatus cognoscens quod essencia divina est potencia infinita et illimitata, et sciens se non posse intelligere quanto ipsa potest producere, habet vel habere potest unde racionabiliter esset dubius, an Deus posset facere naturam que posset apparere intellectui creato Deo obiective similem, et si hoc a pari ? patet quod posset fieri evidencia vel saltim que appareret evidencia sufficiens ad causandum assensum, respectu eiusdem.

Item potest esse evidens viatori de facto, quod Deus posset facere natura a Deo distincta, que sibi appareret obiective similem, que alicui creature beate in patria appareret, posset esse quod, et stante tali evidencia intellectu communicaretur sibi visio nuda seu immediata Dei. Ergo stat cum nuda visione et immediata, que Deus videtur a creatura quod sic evidens eidem quod a Deo fieri posset natura distincta et Deo obiective simillima.

Consequencia patet et prima pars antecedentis patet et secunda probatur sic: Quod posset esse quod stante tali evidencia in intellectu communicaretur creature visio nuda seu immediata Dei, quia talis evidencia potest esse in intellectu sine errore, et Deus potest movere intellectum immediate et libere ad quodcumque intelligendum, quod intelligere potest sine errore, nec sciam legi beatitudinis aliqualis evidencia respectu alicuius proposicionis talis repugnat sicud inferius patebit.

Item dato ut prius quod nulla responsio esset vera, videtur quod Deus non posset causare speciem in intellectu creato, qua distincte possit essencia divina intelligi seu cognosci.

Consequens falsum et consequencia patet quia si talis species posset causari a Deo, talis species posset apparere sibi ob-

Fol.29V[b]

jective // simillima sicud patet in revelacionibus angelicis, in quibus multociens traditur et docetur noticia distincta rei singularis quod esse non posset nisi species

simillima obiective appareret rei de qua adquiritur aut traditur noticia.

Confirmatur quia sicud multociens experimur in sompnis species ⌈quę⌋ simile representat obiectum cuius ipsa est species et ideo utens specie pro obiecto, apparet videre rem cuius ipsa est species. Ergo consimiliter si talis species quin Deum representaret distincte posset produci intellectu creato, ipsa posset Deo obiective simile apparere, et quod talis species possit causari intellectu creato patet, quia alias Paulus post raptum non habuisset distinctam et perfectan memoriam Dei quem vidit in raptu, quia memoria non est pro statu nisi mediante specie, ut videtur.

Item non videtur quod intellectus creatus perficiatur in beatitudine quoad omnem naturalem potenciam suam intellectualem sine specie; et constat quod in beatitudine creature saciatur et perficiatur omnis potencia intellectualis eiusdem. Ergo aliqua potencia naturalis intellectualis in beatitudine perficitur specie. Consequencia patet, et assumptum, quia si creatura beata non haberet speciem, ipsa non haberet sufficienter unde memoraretur in absencia rei vise si aliquando averteretur a re visa; nec valet dicere ad argumentum quod numquam averteretur a re visa; nec valet dicere ad argumentum quod numquam averteretur a re visa, quia hoc non solvit, quia stat non minus perficitur intellectus quam perficeretur si aliquando averteretur, et tunc non perficietur sufficienter nisi imprimeretur species pro memoria. Ergo nec nunc.

Item aliqua intellectualis natura creata est Dei similitudo, sicud patet ex Genesi. Ergo creature, et similitudinem seu ymaginem eiusdem perfecte et sine errore, et consideranti an sint similes apparet aliquanta similitudo et quod aliqualiter sunt similes aut saltim finite dissimiles. Consequencia patet quia nulli creature apparent maius dissimiles quam sibi apparent esse, sed creature tantum finite intuetur ipsam esse. Ergo

---

4. simile MS. si lume.
8. simile MS. si lume.
12. mediante. MS. mediate.
28. Genes. I,26-27.

si creature appareant esse inter se dissimiles finite tantum, apparent esse dissimiles, et si hoc cum quocumque apparente dissimili finite tantum, aliqua posset apparere similior.

Suadetur quod alicui posset apparere ininfinitum modice dissimilis, et per consequens alicui intellectui non iudicanti de insensibili differencia quoad apparenciam, possit aliqua natura a creata Deo apparere obiective simillima.

Confirmatur, quia essencia divina est spectrum liberum et movens intellectum creatum libere. Ergo possit movere intellectum creatum ad intelligendum sub aliqua differencia, sub qua perciperet minorem dissimilitudinem, et cum creatura pari percipit finite tantum.

Suadetur quod duplo minus posset percipere dissimilitudinem et triplo minus et sic in infinitum. Ergo sequitur quod sic posset movere intellectum quod non appareret intellectui

Fol.30Ra creato obiective //// inter Deum et creaturam perceptibilis ab eo dissimilitudo.

Preter hec argumenta facta sunt ista argumenta que facta sunt ad partem negativam in questione seu articulo principali.

Ad oppositum et pro parte affirmativa dubii sufficiat processus Aristotelis PrimePost., ubi suadet quod principia sunt nociora quolibet et non sunt nociora quolibet nisi quia evidenciora. Ergo quelibet noticia creata et certitudo noticie est proporcionata racionis evidencie.

Item ad idem sunt argumenta facta pro parte affirmativa principalis questionis.

In isto dubio quo queritur: Utrum quelibet creata noticia intellectualis adquisita creature sit proporcionata racionabili evidencie, scilicet, de adquisicione intellectualis nat noticie et de intellectuali noticia adquisita, et de evidencia, et proporcione noticie ad avidenciam, et quia prior naturaliter est adquisicio quam terminus est adquisitus

---

21. Arist. I Post 2, 71b, 30.

noticie, vel primitus de adquisicione noticie create est tractandum, pro quo sciendum quod non omnis noticia creata iuxta communiter loquentes est noticia adquisita, aliqua enim secundum aliquos est noticia innata creature sicud ponit Aristoteles de intelligentiis 13 Metaph., et Commentator com.39, et alibi com.51, et plane Avicenna 8 sue Methaph., et idem Beatus Augustinus asserit et probat de intellectu nostro scil. anima hominis, sicud patet 10 de Trinitate Dei per multa capitula, et precipue cap.8 de mangnis, et cap.12 de parvis, iuxta quod cotatur liber noster. Sed de ista noticia non querit questio, quia ipsa non est adquisita intellectui creato, similiter constat quod Deus est essencialiter noticia intellectualis, sicud omnes asserunt philosophi et theologi qui de hac materia locuuntur, et est noticia adquisita creature,nam et creat/ūra/ adquisivit eum pro termino vel premio iuxta fidem, quia tamen Deus non est noticia creata adquisita creature ideo iterum de eo non querit questio, sed solum querit de noticia quam creat/ūra/ adquirit sibi priusquam ipsa est, numquid omnis talis sit proporcionata racionabili evidencia, et quum noticia intellectualis est nobis adquisita a diversis causis, ideo pertinenter adquisicionem noticie talis,premitto quod aliqua noticia creature de telligibilibus (sic) adquiritur, aliqua de sensibilibus adquiri potest, quia tam angeli quam eciam alie creature beate habent de Deo et de se noticias intellectuales, quas ex sensibus non adquirunt. Ergo aliquas noticias intellectuales adquirunt ab intelligibilibus. Consequencia patet et antecedens per Beatum Augustinum 4 Super Genesim ad litteram, cap.35, ubi per eum patet quod angeli cognicio per eum incipit a Verbo Increato, nostra autem a sensu. Ergo angelus adquirit aliqua/m/ noticia/m/ ab intelligibilibus vel ab intelligibili.

Item tam angelis quam aliis creaturis beatis evidens noticia de tribus personis et unitate essencie qualis non est nata

5-6 locum non inveni.
7. cf. Augustinus,10 De Trinitate (P.L.42)
27. cf. Augustinus,Super Genesim ad litteram, lib.IV,cap.32 (P.L.40,315-317).(CSEL.28,129-130)

adquiri a sensibilibus. Ergo talis noticia ab intelligibilibus adquisita est, et quod aliqua noticia de sensibus adquiri potest patet, ars et sciencia producuntur seu adquiruntur per
Fol.30R[8] experienciam. Sed // omnis ars sive sciencia est intellectualis noticia. Ergo aliqua intellectualis noticia producitur per experienciam. Consequencia patet et primum assumptum per Aristotelem 1 Metaph., et sequitur ars seu noticia est producta per experienciam, ergo est producta a noticia singularium. Consequencia patet per eumdem Aristotelem loco quo prius, ubi dicit quod experiencia singularium est cognicio, ars vero universalium; ex hac auctoritate patet quod cum noticia universalium sit cognicio intellectualis sequitur quod intellectualis cognicio ex noticia singularium adquiri potest, et per consequens ea ars vel cognicio que causatur per experienciam singularium sensibilium a sensibilibus adquiri potest.

Item nostra cognicio ortum habet a sensu, et non habet ortum assensu, et non habet ortum a sensu nisi per sensibilem. Ergo cognicio nostra adquiritur a sensibilibus.

Ite noticia quam viator adquirit de Deo est noticia intellectualis et illa concluditur et adquiritur a sensibilibus. Ergo aliqua noticia intellectualis adquiri potest a sensibilibus. Consequencia patet et antecedens per Beatum Gregorium, Omelia super illo Evangelii: 'Simile est regnum celorum thesauro etc'. Regnum inquid celorum idcirco terrenis rebus simile esse dicitur ut ex hiis que animus movit surgat ad incognita que [non] novit ut exempla visibilium ad invisibilia rapiant...ut per hoc quod scit notum diligere discat et incognita amare.' Ergo ab exemplis terrenorum visibilium, et per consequens sensibilium potest adquiri intellectualis noticia.

Et idem confirmari potest per Apostolum ad Rom.1:'Invisibilia inquid, Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.'

---

7. Aristoteles I Metaphysicorum I, 931[a],10.
22. Gregorius, Homilia XI, n.1412.(P.L.76,1114).
30. Ad Rom., I, 20.

et expresse patet ex processu Sapientis, Sapiencia 13, ubi asserit quod a magnitudine speciei et creature cognoscibiliter poterit eorum creator videri'.

Ex qua auctoritate et premissa patet utraque pars premisse distincionis, scil., quod aliqua noticia creatura intelligibilibus adquiritur, et aliqua de sensibilibus adquiri potest et quam nostra cognicio ortum trahit a sensu et sensitiva noticia est subordinata intellective pro statu isto, et sensibilia sunt manifestiora nobis, et primo de adquisicione noticie que per sensum adquiritur tractandum est. Sed ne ambiguus modus loquendi philosophorum postea inducat dubium, et difficultates introducat in materia, et dicendis premittam quandam divisionem seu distinctionem de sensibili quam ponit Aristotelis 2 de Anima, textu sorrispondente, Commento 62, dividit, enim Aristotelis ibidem sensibilem sub hiis verbis: Dicitur, inquid, sensibile tripliciter quorum duo dicimus per se et tercium per accidens.' Verba sunt Aristotelis et Commentator dicit demum que sunt per se aliud proprium, aliud commune, ita quod secundum eum, sensibile dicitur triplicitor quoddam enim secundum eum (?) est sensibile proprium, quoddam commune, quoddam per accidens. Exponit Commentator quid vocat proprium sensibile et dicit quod "proprium sensibile est quod non contingit sentiri altero sensu, ut visui color, auditui sonus; commune quod non uni sensuum proprium, sed pluribus percipi potest, ut numerus, motus, quies, numerus, magnitudo, figura. Verba sunt Aristotelis, et eundem modum loquendi habet Alacen in Perspectiva sua, Libro 3°, ubi postquam quod lux

Fo.30v.a
et color /// comprehenduntur solo sensu, recitat sensibilia communia, et que sicud dicit a pluribus sensibus percipi possunt que sunt secundum eum 19, ponit enim 21 sensibilia, quorum duo sicud dicit sunt sensibilia propria visus., scil., lux et color, et alia sunt que a distinctis sensibus percipi possunt, cuiusmodi sunt remocio, stitus, corporeitas,

1. Sapientia xiii,5.
14. cf. Averrhoes, II De Anima, comm. 62-65 (ed. Venetiis apud Juntas 1574).
27. Opticae Thesaurus Alhazeni, lib. III, cap. 5, et 7 usque ad finem libri, pp. 89, 91 seq. (ed. Basiliae 1572).

figura, magnitudo, continuacio, discrecio, numerus, motus, quies, apperitas, levitas, diafoneitas vel spissitudo,umbra, obscuritas, pulchritudo, demum turpitudo, similitudo et diversitas, sunt eciam alia que tantum ad ista reducuntur et ponuntur sub istis sicud ordinacio que collocatur sub situ, et sicud rectitudo et curvitas et concavitas et connexio sub figura, et sicud equalitas vel paritas que sub numero, alacritas, tristicia que comprehenduntur ex figura et forma faciei, et sicud fletus que comprehenditur ex figura faciei et motu lacrimarum, que omnia secundum eum sensibilia communia sunt. Sed ex istis modis ambiguis loquendi tam Aristotelis, quam Alacen possunt materie presenti induci multa dubia et errori (sic). Patet enim ex modo loquendi illorum quod sensibilia communia non sunt sensibilia propria quia sicud ex processu est, sensibile proprium est quod non potest percipi ab altero sensuum, et sensibile commune est sensibile quod econtra, scil a pluribus sensibus percipi potest. Ex quibus videretur quod motus non esset mobilis, nec quiens quiescens, similitudo similie, quantitas quantum figuratum, immo nec aliquod illorum communiter sensibilium de aliquo propriorum sensibilium posset predicare vere et affirmative, nam sequitur hoc est hic color, hoc est hec figura, eodem demonstrato. Ergo hec figura est hic color et ulterius, hec figura est hec color, hec figura est sensibile commune. Ergo hic color est sensibile commune et econtrario, scilm sequitur hic color est hec figura, hic color est sensibile proprium. Ergo hec figura est sensibile proprium. Sed ex descripcione seu distincione sensibile proprium est quod non contingit sentiri altero sensuum, sensibile commune est quod a pluribus sensibus sentiri potest. Ergo si idem sit sensibile proprium quod est sensibile commune, idem a pluribus sensibus sentiri potest, et non contingit sentiri altero sensuum, que est contradiccio. Patet ergo ex modo loquendi Aristotelis, Commentatoris et Alacen, de sensibili proprio et sensibili communi, quod nisi aliter intelligantur descripciones date, quam de vi vocis

verba Aristotelis pretendunt, multa dubia possunt introduci quod istis. Ergo sciendum est quod Aristoteles per hec verba supradicta, quibus describit sensibile proprium et sensibile commune, determinare an ea que dicuntur sensibilia communia sicud ea que superius recitantur realiter differant a sensibilibus propriis an sint idem cum illis, sicud sufficienter patet ex processu, nec etiam intendo, sed quia ex modoloquendi istorum possent illa dubia induci, verba Aristotelis ad sensum minus ambiguum referenda sunt; probabiliter ergo, ut videtur, tenere potest quod nihil aliud intelligit Aristoteles describendo sensibile proprium nisi quod illud dicatur sensibile proprium quod ab aliqo sensuum sentiri potest sub racione seu differencia sub qua non potest sentiri ab aliqo sensu particulari alterius denominacionis et speciei, et dico
Fol.30vb
sensu particulari ad // differenciam sensus communis, et dico eiusdem denominacionis et speciei, quia stat quod visus sit distinctarum specierum et quod color percipi potest a distinctis visibus et distinctarum specierum. Sed non potest percipi sub differencia coloris a sensu particulari alterius denominacionis et speciei quam sit visus, sicud est tactus vel gustus, et ideo dicitur color sensibile proprium visus; sensibilia communia econtra se habent, scil., quod possunt percipi a sensibus particularibus distinctarum specierum sub eadem racione seu differencia sensibilis, sicud quantitas a tactu et visu et ita de aliis; et iste modus loquendi convenit intellectui Avicenne in hac materia 6 Naturalium cap.2, ubi certificat modos apprehensionis sensibilium communium que sunt aut fiunt in nobis, et in isto sensu dato potest qui voluerit concedere satis quod quantum est quantitatis, similitudo simile, et quod sensibile proprium est sensibile commune nec vult Aristotelis quod proprium et commune dividant sensibile pro opposita contradictorie, nec quod claudaret contradiccionem quod idem esset sensibile proprium et sensibile commune. Sed vult quod aliter sit natum sentiri

sub differencia sensibilis proprii quam sub differencia sensibilis communi, quod verum est, quia si sensibile non sit natum sentiri aliter sub differencia sensibilis proprii quam sensibilis communis, sequitur quod quilibet sensus posset sentire sensum communem.

Item quilibet sensus est natus iudicare de sensibili suo proprio sub racione seu differencia absoluta, ut visus de colore. Sed non potest iudicare de alico sensibili sub differencia communis sensibilis, nisi sub racione seu differencia respectiva. Ergo alter est sensibile superius recitata, et inferius magis patebit in processu.

His premissis sit hec conclusio prima.

Quodlibet per se sensibile sensibiliter sensum dum sentitur agit in sensum.

Hec conclusio est generaliter probata de omni sense, 2° de Anima et per Commentatorem commento 53 et multis aliis commentis, tamen conclusio ad particularem sensum, scil, visum, probat eam Alacen Primo Perspective per multas raciones et experiencias, eciam alias non videtur quod excellens sensibile corrumperet sensum et ex hac conclusione ex quo contraria videretur simul, et utrumque videtur sub differencia proprii sensibilis, sequitur quod contraria simul agunt et sensum, ex hoc eciam patet quod hii qui ponunt sensaciones esse vel fieri per species receptas in sensu et sine talibus non sentiri, cuius opiniones fuit Averroys, Aristotelis et Alacen, habent concedere quod distinctarum et contrariarum specierum species et eiusdem specici species distincte similes sunt in eodem sensu. Sed contra hoc ut videtur instari posset quod esset confusio sensibilium et sensacionum in visu, quia si in qualibet parte organi visionis sit species extensa alicuius sensibilis et per idem organum extenditur species contrarii sensibilis et ita multorum sensibilium species similes

Fol.31ra sit in eodem /// organo extenduntur et sunt eque presentes

16. Arist., II De Anima, 5,418a, 2.
16. Averrhoes, II De Anima, comm.53, fol.17v
18. Optice Thesaurus Alhazeni, I, cap.I et V,pp.1,7 (Basiliae 1572).

sensui. Ergo vel de nullo aut de omnibus equaliter iudicat sensus, et sequitur quod eo quod est in organo confusio specierum, quod per eas non posset iudicare distincte de aliqo illorum.

Item data conclusione videtur quod visis duobus visibilibus eiusdem speciei distinctae et similes colores quibuscumque unum propter aliud melius videretur et appareat intencior, quia due qualitates eiusdem materiales in eodem subiecto nate sunt componere intenciorem. Ergo cum a distinctis sensibus causantur forme materiales in eodem organo, sequitur quod causant ibi speciem intensiorem, quam causaretur ab altero sensibilium per se et per consequens videtur quod unum sensibilium propter aliud appareat intencius, etenim a pari videtur quod posset argui quod remissio fieret per speciem contrarii sensibilis, et ita unumquodque sensibilium apparens in presencia sui contrarii appareret remissius quam si per se appareret. Consequens falsum, quia contraria iuxta se posita maius apparent, sed ad primum istorum respondet Alacen, Primo Perspective sue cap.5, et dicit quod non est visio cuiuslibet partis vel quorumcumque sensibilium ab omni parte visus, quorum species vel forme sunt in oculo, sed ex quolibet puncto cuiuslibet rerum sensibilium oppositarum visui in illa dispositione', unde vult quod licet sint species diversarum sensibilium simul in visu, quia tamen non percipit per eas nisi obiecta opposita visui ut puta quod non percipit nisi quod mediantibus illis tendit in obiecta que ipsi opponuntur situaliter et hoc directe vel sub angulo sufficiente ad percipiendum, ideo ibi non est confusio talium specierum, sed in unumquodque sensibilium quod sibi obicitur mediante specie sibi propria tendit directe, nam unumquodque obiectorum sibi oppositorum movet mediante forma sua quam causat et non mediante

18. Alacen, op.cit. I, cap. 5, p. 7-8.

forma alterius nisi forte per accidens, et ideo mediante ea et non alia, nisi per accidens sensus tendit in obiectum, et illa eciam est sufficiens racio quare mediantibus speciebus contrariorum seu sensibilium de eisdem simul distinguere potest nec unum propter aliud apparet remissius, et inde est eciam evidens quod non sequitur semper quod unum visibilium propter aliud melius videatur et in casu quo duo eiusdem speciei videantur in aliquibus tantum, Ita est de facto sicud aliquando de luminosis propinque situatis, et ad argumenta posset dici quod licet a speciebus distinctis distinctorum sensibilium eiusdem speciei resultet in sensu species intencior, non tamen alterum istorum sensibilium apparet intencius, quia sensus non tendit in alterum sensibilium per totam speciem resultantem ex speciebus receptis in sensu, sed mediante specie correspondente ipsi sensibili, et ideo apparet sub tanto gradu intenso // sub quanto idem ex se movet sensum. Fol.31R[b]
Alii tamen dicunt ad argumentum quod tales species non sunt nate componere intensiorem speciem in sensu, sicud nec alie qualitates spirituales, et per hoc dicere possunt ad argumentum Sed sive ponatur quod ex duabus speciebus sensibilium receptis in sensu resultet species altera intencior, sive non, satis patet quod qui ponunt sensaciones non fieri absque speciebus receptis in sensu habent concedere plures species simul in sensu, et contrariarum specierum species simul et in eodem sensu. Evidens eciam videtur ex promissis quod species sensibilium in sensibus recepte non sunt eiusdem speciei cum sensibilibus contrariis causate et recepte non sunt contrariarum specierum vel sibi inviccm contrarie, quia ex speciebus diversis eiusdem speciei non est causari species intencior nec species aliqua rei sensibilis est nata remitti a specie sensibilis contrarii, aut si aliqua species sit rei sensibilis sit nata remitti a specie contrarii sensibilis, sive cum alia specie rei sensibilis componere, nulla tamen a nulla tamen specie causata a re sensibili denominari potest organum denominacione qualitatis a qua causatur species et hoc

quantumcumque sit species intensa non enim dicitur oculus albus a specie quam recipit ab albedine.

Item si iste species essent eiusdem speciei cum qualitatibus a quibus causantur, essent nate manere absque lumine, sicud qualitates a quibus causantur. Consequens falsum et contra Commentatorem, 2° de Anima.

Item posset produci absque lumine sicud huiusmodi qualitates. Confirmatur, quia si sint eiusdem speciei ut ponit posicio, constat quod ad nullius eorum conservacionem vel produccionem necessario requiritur res alterius speciei, quam ad alterius conservacionem seu produccionem requisita est.

Ex hiis eciam in conclusione principaliter posita sequitur quod quelibet pars rei sensibilis visa est per se sensibilis.

Ergo quelibet pars rei sensibilis visa agit in sensum, et ex hac patet quod tocius sensibilis et partis sensibilis distincte species sunt in sensu, et quod distinctarum specierum rei sensibilis eciam distincte species sunt in sensu, sequitur eciam ex hiis ex responsione perspectivorum superius dicta, quod stat quod multorum sensibilium species similes sint in sensu et quod sensus non percipiat de obiectis a quibus tales species causantur, eo quod non percipit obiectum nec percipere potest sensibiliter nisi sibi directe oppositum aut sub angulo sufficiente ad visum, sicud prius dictum est, et constat ex premissis quod species causari potest in oculo quamvis non ab obiecto directe sibi opposito vel ab angulo sub quo videri possit.

Ergo stat quod multorum sensibilium species similes sint in sensu, et quod sensus non percipiat obiecta a quibus tales species causantur.

Patet eciam quod partes rerum sensibilium que successive agunt in sensum, sed dicunt successive species in sensum.

---

6. Averrhoes, De Anima II, comm. 57, fol. 84 v

a
Fol.31v

Alia conclusio: Non potest esse /// de communi cursu et de lege nature, intellectu creato aliunde non distracto vel impedito, quod viator ad aliquod sensciat et de eodem cognitive iudicet, nisi ipse actualiter idem intelligat.

Patet hec consequencia, quia in quodcumque potest potencia inferior subordinata superiori, in idem potest potencia superior. Sed potencia sensitiva est intellectiva inferior, et in homine subordinatur intellective. Ergo de quolibet, de quo considerat sensus vel potencia sensitiva et cognitive distinguit, de eodem potest potencia intellectiva cognitive intelligere, et intellectus est potencia naturalis maxime respectu sui actus intelligendi. Ergo positis omnibus requisitis, sequitur quod intelligit, sed si viator senciat sensibiliter sensibilem et intelligit, sed si viator senciat sensibiliter sensibilem et cognitive distinguat de eodem, et intellectus aliunde non impeditur nec distrahitur, ponuntur omnia que de lege requiruntur ad intelligendum. Ergo sequitur quod intelligit.

Item si posset esse de communi cursu et lege nature, cum paribus, que in conclusione ponuntur, quod per aliquantum tempus esset species rei sensate in sensu viatoris considerantis cognitive de obiecto sensibili et non intelligeret, sequitur quod per quantumcumque tempus species rei sensibilis posset esse in sensu viatoris, et viator cognitive distinguere de obiecto cum aliis positis in conclusione et tamen non intelligeret obiectum. Consequens falsum et falsitas patet, quia cum ut prius est assumptum, intellectus creatus sit potencia naturalis respectu sui actus intelligendi, sequitur quod positis omnibus requisitis ad effectum naturaliter producendum, non esset argumentum a quo posset concludi evidencia naturali, quod talis effectus esset et non esset argumentum naturale a causa ad effectum, ita quod talis discursus non valeret naturaliter: ignis approximatur combustibili cui dominatur sufficienter et non impeditur, ergo agit. Consequens falsum.

12. respectu. MS. respecti.

Tercio videtur quod dato opposito conclusionis sequitur, conclusio posset concludi de communi cursu et lege nature sensitive bene disposito potencie hominis circa delectabile seu tristabile absque dictamine racionis vel iudicio.

Consequencia patet quia iuxta conclusionem posset de communi cursu et lege nature de quolibet considerare, dictare et cogitive distinguere, licet non intelligeret idem. Quod tamen consequens sit falsum patet, cum talis prosecucio vel fuga que esset absque racione, non esset imputabilis ad culpam.

Videtur quod posset esse delecte nature quod quantumcumque bene dispositus in natura libet prosequeretur fugienda et fugeret appetenda absque crimine seu culpa, quod non videtur verum. Patet ergo conclusio superius dicta, scil., quod non potest esse de communi cursu et lege nature quod viator intellectu eiusdem aliunde non distracto vel impedito, ad aliquid assenciat et de eodem cognitive iudicet, nisi ipse viator idem actualiter intelligat.

Ex hac conclusione et prioribus dictis videntur aliqua sequi, Fol.31v[b]
scil., quod aliquando intellectus intelligit ? // distincta sensibilia simul pro eo quod sentit, videt et distinguit distincta sensibilia simul.

Sequitur eciam quod intelligit totum et intelligit partes simul.

Sequitur eciam quod partes continui, que successive agunt in sensum et de quibus successive distinguit, successive intelliguntur, et per consequens in tali casu proficit intellectus successive in intelleccione continui distincta.

Sequitur eciam ex eadem conclusione et suis probacionibus quod non prius tempore est species rei sensibilis producta in sensu et viator de eodem sensibili iudicans, quam viator sit idem sensibile intelligens.

19. intelligit MS. intelligitur.
22. intelligit. MS. intelligitur.

Patet eciam ex hiis omnibus quod illi qui ponit quod intellectus creatus intelligit per species, et quod non intelligit absque specie sibi signante rem intellectam, habet concedere quod distincte species simul sunt in eodem intellectu, quia ut premissum est, sensus sentit simul et cognitive distinguit de eiisdem simul. Ergo per conclusionem si intellectus intelligit illa simul non intelligit nisi per species sicud ponit posicio. Ergo intellectus creatus habet simul distinctas species.

Sequitur eciam quod quodlibet sensibile quod percipi potest sub differencia proprii sensibilis intelligi potest sub racione absoluta. Patet hec quia ex premissis sensus considerat de proprio sensibili sub racione absoluta et sine respectu ad aliud, ut puta de colore, quatinus color et ita de aliis, et intellectus potest considerare simplicius quam sensus sentire. Ergo a forciori intellectus est natus intelligere sensibile sub racione absoluta et sine respectu ad aliud.

Confirmatur quia omnis actus intellectus quo intelligitur aliquid respective presupponit actum simplicem intelligendi, sed non potest esse actus intelligendi simplex nisi sit actus quo intelligitur aliquid absolute. Ergo omnis actus intelligendi sensibile, requirit aut est actus intelligendi absolute Ergo quodlibet sensibile intelligi potest absolute, que patent et primum assumptum inferius suadebitur, pro quo et aliis suadendis sit hec conclusio.

Aliqua est intellecio creata adquisita que non includit actus creatos distinctarum specierum, nec actum creatum alterius specioi preexigit aut requirit.

Patet hec conclusio ad primam eius partem, scil., quod aliqua est intellecio creata que non includit actus creatos distinctarum specierum, quia etsi non et aliqua intellecio creata adquisita est, sequitur quelibet intellecio creata adquisita includit actus distinctarum specierum.

Iterum sequitur quod est processus in infinitum in speciebus actuum intellectus. Consequens falsum.

---

1. ponit. MS. ponit.
6. si intellectus MS. ste^{us}.

Item capio actum aliquem qui includit actus distinctarum specierum, sicud po et sit A, tunc sic : A includit actus distingtarum specierum per posicionem. Sit ergo B C et arguitur vel B quam A includit actus distinctarum specierum vel non. Si non, habetur propositum, scil., quod aliqua est intellecio que non includit actus distinctarum specierum.

Si sic, sequitur quod est processus in infinitum, vel quod alicubi est status ad aliquid quod non includit distinctos actus, sicud prius et ex eodem medio deduci potest secunda pars conclusionis, scil., quod aliqua est intellecio creata que nec actum requisitum creatum alterius speciei preexigit aut requirit, quia capiatur talis actus intelligendi qui non includit actus creatus intelligendi distinctarum specierum qualis de facto aliquis est, sicud asserit prima pars conclusionis; et cum arguitur talis actus presupponit alium actum creatum adquisitum vel non. Si sic et non est processus in infinitum, sequitur quod est status ad aliquem, qui non includit aut presupponit alium actum creatum, et per consequens /// (cfr. F.32v. ad tale signum)

fol.32v^{a}

est status ad aliquem actum creatum qui non presupponit actum creatum alterius speciei.

Item si non sit aliquis actus intelligendi creatus qui non includit actum creatum alterius speciei, sequitur quod actus distinctarum specierum essent ab eadem potencia eque immediate et absque ordine inter se, et nullus eorum actuum sine alio esse posset.

Item non posset esse quod de aliquo esset intellecio creata adquisita nisi eciam alius sit actus eiusdem intellectus et alterius speciei, et sic Deus non posset conservare in aliquo intellectu creato, aliquam intellecionem adquisitam nisi conservaret in eodem actum distinctum creatum et alterius speciei, quod falsum esse patet.

Ergo conclusio, scil., quod aliqua est intellecio creata adquisita que non includit actus creatos distinctarum specierum, nec actum distinctum alterius speciei preexigit aut requirit.

Ex hac conclusione et eius probacionibus sequitur quodlibet absolutum sensibile tali actu creato intelligendi a quolibet intellectu creato intelligi potest, et per consequens intelligi potest conceptu absoluto vel intellecctone absoluta, sicud inferius suadebo.

Conclusio: Alia conclusio est: Quod omnis actus intelligendi complexus seu composicio vel divisio requisita ad intelligendum complexe, includit actus intellectus distinctarum specierum, vel saltim aliquem actum creatum distincte speciei preexigit aut requirit.

Patet hec conclusio, quia omnis actus intelligendi complexus seu composicio vel divisio requisita ad intelligendum complexe presupponit aut requirit intellecctionem incomplexam, et quelibet intellecctio incomplexa creata est actus intelligendi a quolibet actu intelligendi complexe vel composicione seu divisione requisita ad intelligendum complexe specifice distincta. Ergo omnis actus intelligendi complexus seu composicio vel divisio requisita ad intelligendum complexe includit aut requirit intellecctionem incomplexum, quia non potest esse quin intelligens complexe aliquod complexum, et intelligens contradictorium eiusdem, affirmant et negant idem de eodem subiecto et pro eodem, quia alias non essent contradictoria. Ergo non potest esse quod aliqui intelligant contradictoria nisi intelligant idem.

Et constat quod non requiritur ad hoc quod distincte intelligant contradictorie, quod ipse intelligant idem complexe. Ergo requiritur quod intelligant incomplexe ad hoc quod intelligant contradictorie.

Item contradicentes sibi invicem conveniunt in conceptu aliquo et non conveniunt in conceptu complexo. Ergo conveniunt in conceptu incomplexo.

Item intellectus intuens aliquid de quo prius dubitavit an fuit, est certus sufficienter quod talis res est, et potest

---

16. intelligendum. MS. te[di]

conservare eamdem propositionem in intellectu quousque dubitet de eadem; quo posito sequitur quod ex quo (conclusione) ? neuter illud idem intelligit incomplexe, quia intuetur. Ergo intelliget incomplexe, quia omnis concepcio que iam est sibi signans dum intuetur,manebit ipsi signans dum non intuebitur idem.

Confirmatur quia certus quod A est, et dubitans quod A est intelligunt A et conveniunt in aliquo et non in complexo.

Fol.32vb

Ergo in in complexo, et idem argumentum est de compositione seu divisione requisita ad intelligendum complexe,quia constat quod componens et dividens sicud affirmans et negans, habent eosdem terminos. Ergo si intelligant terminos,conveniunt in aliquo conceptu seu termino,et per consequens omnis talis actus intelligendi requirit intellecctionem complexam, que fuit maior assumpta,et minor primi argumenti arguitur, scil., quod quelibet intellecctio creata incomplexa est actus intelligendi a quelibet actu intelligendi complexo seu compositione vel divisione requisita ad intelligendum cpmplexe specifice sunt distincte.

Patet quia quelibet intellecctio complexa eo ipso quo est complexa perfecta est nata esse alteri complexo contradictoria, cui conceptus incomplexus contradicere non potest. Ergo si complexa intellecctio et incomplexa sint,ipse specifice sunt distincte.

Consequencia patet quia omnis aptitudo vel passio essencialiter consequens speciem aliquam, consequitur quodlibet individuum sue speciei. Ergo intellecctio creata complexa et intellecctio creata incomplexa sint eiusdem speciei, sequitur quod omnis passio vel aptitudo, que essencialiter competit complexo competit eciam incomplexo,et est vere enunciabiles de eodem, quod falsum est, et per idem videtur quod compositio vel divisio requisita ad intelligendum complexe specifice distinguatur ab intellecctione incomplexa, pro eo quod

---

12. eosdem terminos, MS. eiusdem terminos,
16. quelibet. MS. quilibet.

Fo. 32 v.

compositio et divisio sunt actus contrarii, qualis passio non competit nec competere potest intellectioni ℔incomplexe. Item non repugnat quod ea que sunt eiusdem speciei et eiusdem racionis habeant in eodem passio equaliter et equales effectus. Ergo si complex intellectio creata et incomplexa intellectio creata sint eiusdem speciei, non repugnat quod utriusque sit effectus eiusdem racionis. Sed non potest esse quod intellectus creatus intelligat complexe perfecte vel complexum perfectum quod compositio vel diviso sit ad intelligendum complexum nisi sit verum vel falsum, opinabile vel necessarium.

Ergo non repugnat quod tantum intellectio incomplexa sit, et quod aliquid sit verum vel falsum, opinabile vel necessarium. Consequens falsum. Patet ergo conclusio, scil., quod omnis actus intelligendi complexus seu compositio vel divisio requisita ad intelligendum complexe includit actus intellectus distinctarum specierum, vel saltim aliquem actum creatum distincte speciei preexigit aut requiri, et ex conclusione precedente aliqua est intellectio creata adquisita que non includit actus creatos distinctarum specierum nec actum creatum alterius speciei preexigit aut requirit.

Ergo talis actus intelligendi non est actus complexus vel compositio seu divisio, et per consequens a forciori non est actus qui habet aut aliquod horum formaliter includit.

Patet ergo quod talis actus vel intellectio que non includit actus creatus distinctarum specierum, nec eciam includit actum alterius speciei, est actus vel intellectio incomplexa aliqua enim talis est, ut patet ex promissa, et nulla talis est complexa, ex iam dicta.

Ergo talis est incomplexa.

Sed forte dicitur, sicud dicunt plures, quod nullus est actus intelligendi, et similiter quod nulla est intellectio; concedunt tamen quod intellectus intelligit complexe, et sic dicentes vitant superius dicta.

Sed probo quod sic dicentes non vitant intellectum conclusionis, quia iuxta modum loquendi illorum in terminis suis pote-
Fol 33 R^{a}
est suaderi conclusio equivalens in //// sentencia.

Constat enim, quod iuxta modum loquendi illorum quod omnes intellectus creati qui intelligunt contradictoria contradictorie, que sibi invicem contradicunt, idem intelligunt, sicud superius suasum, et per consequens intelligunt idem incomplexum. Consequencia patet, quia intelligunt idem de quo enunciant affirmative et negative.

Ex hoc et superius dictis patet quod intellectus creatus non potest intelligere complexe, nisi intelligat aliter, eo quod necesse est ad hoc quod intelligat complexe, intelligere (in)? complexe.

Confirmatur: componens et dividens intellectualiter habet terminos incomplexos et utitur eiisdem componendo seu dividendo, nec aliter potest cognitive componere, seu componens et dividens intellectualiter habet terminos incomplexos et utitur eiisdem componendo seu dividendo, nec aliter potest cognitive componere seu dividere, nec intelligat terminos vel singnata terminorum, quibus utitur componendo seu dividendo. Ergo non potest componere seu intellectualiter dividere nisi intelligat incomplexe, et per consequens ad hoc quod intellectus creatus intelligat complexe, requiritur vel presupponitur quod intelligat aliter. Quod tamen potest intelligere incomplexe et non intelligere aliter satis patet ex premissis. Ex hiis patet quod omni actu creato intelligendi complexe, aliquis actus intelligendi creatus est simplicior, et iuxta modum loquendi Aristotelis de prioritate nature, eodem actu creato complexo est alius actus intelligendi natura prior. Omnis intellecio creata vel actus intelligendi creatus, in quo affirmatur passio de subiecto aliquo, vel removetur de subiecto, presupponit vel requiritur intellecionem incomplexam alterius speciei. Patet quia non potest esse quod

3. In capite folii 33R^{a} est haec nota: 'Hic finit Tydyshale.'

intellectu creato fiat comparacio in situ alicuius ad aliud absque actu complexo, et constat ex promissis quod omnis actus creatus intelligendi complexus exigit vel requiri actum intelligendi alterius speciei. Ergo conclusio.

Consequencia patet quia non potest esse quod affirmetur vel removeatur passio de subiecto; et antecedens probatur quia comparacio alicuius ad distinctum a se ut ad similem vel ad situm seu ordinem, et ita de aliis non potest fieri simplici conceptu nominis tantum signantis in alico, nec alterum comparetur in recto sine actu vel conceptu verbi et nominis. Ergo recto nec cum eodem sub differencia alterius partis oracionis quam verbi.

Ergo si talis comparacio fiat cum recto nominis sic intellecione nominis et verbi, et per consequens actu complexo. Conclusio ex hiis videtur quod ad hoc quod res sensibilis intelligatur distincte sub differencia secundi sensibilis requiritur naturaliter.....

Fol.33 R^b

/I22/ Arguitur sic per Magistrum: est predestinatus, ergo est in gracia. Est in gracia ergo est predestinatus, quia per eum gracia est effectus predestinacionis, et non stat effectum esse sine sua causa.

Item sit Li fuit predestinatus, ergo est vel erit salvatus. Ista conclusio est bona, antecedens manifestum, ergo consequens patet.

Item quidquid precedit graciam est commune existenti in peccato et in bona vita. Sed predestinacio est huiusmodi. Ergo. Antecedens patet, quia gracia est effectus predestinacionis.

Item si predestinacionis Deus foret sola causa et eciam reprobacionis, tunc staret per possibile quod duo pro omni tempore vite eorum equaliter bene vel male agerent, et tamen unus dampnaretur et alius salvaretur. Consequens inconveniens.

Item parvuli post baptismum salvantur per fidem parentum, ergo fides parentum est positiva causa salvacionis parvulorum, ergo per idem carencia talis fidei est eciam causa reprob acionis discedencium in originali.

Item si nulla sit racio predestinacionis et repvobacionis nisi voluntas divina, ergo nulla foret racio quare alius ad maiorem penam prescitur vel minorem, vel quare unus ad maiorem gloriam predestinatur, alius ad minorem, nisi voluntas divina. Ergo equaliter peccantes et merentes inequaliter, punirentur inequaliter vel equaliter premiantur. Consequens contra iusticiam divinam.

Item signo duos parvulos, quare unus moriatur post baptismum alius ante, ita istis oblatis voluntati divine in puris naturalibus suis Deus vult utrumque salvari, alius dampnaret sine meritis. Sed continue post hoc quantum est ex parte istorum isti sic erunt in naturalibus sine peccato actuali. Ergo continue post hoc Deus vult eis salvacionem, et racio quare non.

II. APPENDIX I

ST. JOHN'S COLLEGE, CAMBRIDGE

48.193.

Extracts ff.117--136.

ST. JOHN'S COLLEGE, CAMBRIDGE. MS.103

(fol.117r - 136r)

Fol.117r.

(Questio pro introitu) Iuxta Ruperum collectenis s't iste titulus questionis de gracia vestra pro presenti sine membris solus solummodo portractemus: Utrum Deus possit dare lumen stellis militantis ecclesie per quod illos scientifice de singulis articulis fidei catholice valeant illuminare.

Et primo suadetur pars affirmativa questionis, et assigno hunc articulum fidei: Deus est trinus et unus. Arguitur tunc sic: Deus potest dare doctoribus sive stellis militantis ecclesie lumen elevans intellectum ad scienciam huius articuli, et hoc stante lege et eorum fruicione; quo facto possunt alios conformiter illuminare sicut patet. Sed qua racione Deus potest huiusmodi doctores de isto articulo illuminare scientifice potest et de quolibet articulo taliter eos illuminare, ergo de singulis articulis fidei catholice potest Deus dare doctoribus militantis ecclesie lumen elevans intellectum ad noticiam scientificam de eisdem.....

(Secundum principale) Secundo principaliter arguitur sic: Deus potest dare Lino lumen scientificum respectu cuiuslibet veritatis quam Linus potest scire esse possibilem, sed quilibet articulus fidei est veritas quam Linus potest scire esse possibiliem, ut probabitur, ergo respectu cuiuslibet veritatis que est articulus fidei potest Deus dare Lino lumen scientificum, quo facto potest Linus scientifice ceteros illuminare, ergo questio vera.....

(Tercium principale) Terciuum principaliter arguitur sic: De articulis fidei fuit de posse divino concessa sciencia, sed vicissitudo temporis potentiam divinam non variat, ergo de articulis fidei adhuc potest esse scienein. Patet consequencia cum minori, et maior arguitur, quia de articulis fidei fuit clara visio matutina, ergo de articulis

fidei fuit sciencia. Patet consequencia et antecedens de beatis apostolis Petro et Johanne quantum ad illum passum qui est in symbolo apostolorum 'passus, mortuus et sepultus.' Sed specialiter probatur de beata Virgine, quia beata Virgo vidit intuitive filium suum patibulo experimentali sciencia scivit seipsam concepisse sine viro, et notum est quod hec sunt articuli fidei, ergo beata Virgo experimentaliter scivit articulos fidei.

Et tunc queritur numquid credidit illos articulos vel non. Si dicatur quod credidit illos articulos quos scivit, habetur propositum. Si dicatur quod non credidit illos, et illi pro tunc fuerunt articuli fidei sicut constat, ergo pro tunc non credidit omnes articulos fidei, et per consequens pro tunc non fuit catholica, quod male sonat primo numquam post diem illum fuit catholica, quia numquam post diem illum credidit omnes articulos fidei. Probatur sic, quia quoad vixisset quandocumque recoluit de articulis concernentibus concepcionem vel mortem Christi, semper de illis habuit experimentalem sciencian, et quandocumque habuit experimentalem sciencian de illis articulis fidei non credidit illos articulos fidei secundum adversarium, cum fides et sciencia secundum ipsum se invicem minime compaciuntur, ergo numquam post concepcionem et mortem Christi credidit Beata Virgo omnes articuli fidei, et per consequens ex tunc et in posterum non fuit catholica, quia qui in uno articulo fidei offendit non credens illum, factus est omnium reus iuxta symbolum Athanasii.

Ad Oppositum et pro parte negativa questionis arguitur sic, et videtur quod nullum lumen elevans et confortans intellectum ad noticiam scientificam credibilium potest dari a Deo. Si enim tale lumen esset possibile tunc datum fuisset Beate Virgini quam infudit et profudit gracie plenitudo, vel datum fuisset apostolis vel sanctis doctoribus seu magistris in theologia, sed nulli unquam datum est tale lumen, ut

probabile est dicere; non quidem Beate Virgini quia ipsa ambulat in fidem quia in ea, secundum doctrinam ecclesie, in ipsa benedicta passione filii sui fides ecclesie patuit, et nullus dicit quod sic talia credibilium in ea pepercit ipse dio nec eciam datum est tale lumen apostolis, quia apostolus testatur Secunda ad Cor., cap.5, quod peregrinatur a domino, ambulans per fidem et non per speciem; nec datum est Augustino vel aliis sanctis quia si eum habuissent nobis utique de credibilibus in suis libris, oporibus magnis vel opusculis, vel invidi fuissent vel ipsam sciencian tradidissent quod non experimur; nec eciam datum est magistris in theologia;nam interrogatur quilibet talis quantumcumque excellens in virtute non dicit se habere sciencian de credibilibus, ergo ut videtur non est possibile dari tale lumen doctoribus militant's ecclesie per quod alios scientifice de articulis fidei catholice valeant illuminare.

(Protestacio) Antequam descendam ad conclusiones faciam protestacionem in scolis theologie fieri consuetam, scil, quod non intencionis mee aliquid dicere vel asserere pertinaciter vel defendere quod sit sacrosancte matris ecclesie determinacioni contrarium, fidei catholice dissonum, vel quod merito possit offendere pias aures. Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me correccioni reverendi domini, domini cancellarii huius alme universitatis ac omnium aliorum ad quos pertinet sic errantes corrigere et ad viam reducere veritatis; qua protestacione premissa sit hec conclusio mea prima:

Prima: Theologia nostra etsi dicatur sciencia, non tamen de singulis eius partibus est sciencia naturaliter adquisita.

Secunda: Non videtur approbare peripateticorum sentenciam, qui theologiam nostram dicunt esse proprissime dictam sciencian.

Tercia: Nullus articulus fidei prout talis proprie scitur a nobis, sed solum creditur esse possibilis sive verus.

Quarta: In qualibet persona divina sunt relationes reales et oppositae, nulla tamen illarum alia est a seipsa personaliter et distincte.

Quinta: Pluralitatem admittit summa simplicitas, et non est ponenda singularitas i.e. solitudo in divinis.

Sexta: Non est equus honoratior ascensor, nec intellectiva potencia voluntate.

Septima: Stat creaturam racionalem Deum ordinate diligere que et eodem utitur quo fruitur ultimate (formaliter).

Fol.118r.

Jesus Maria Nicholaus

(Introitus primi libri) Reverendi domini, patres et magistri intendo hodie de Dei gracia et vestra benevolencia graciosa mov ere quandam questionem generalem cum quattuor argumentis. Juxtá quattuor materias ellcére m'chi propono quattuor articulos pertinenter in quattuor libris postea pertractandos. Et questio est hec in forma.

(Questio generalis) Utrum gloriosus Deus sibiipsi in Trinitate sufficiens secundam personam sic incarnari statuerit, ut in duabus naturis personaliter sit subsistens.

(Contra questionem) Ad partem negativam questionis sic arguitur: Nullus est Deus gloriosus in Trinitate, ergo oppositum primi suppositi. Antecedens sic probatur: Nec Deus Pater, nec Deus Filius, nec Deus Spiritus Sanctus, et nullus est Deus gloriosus in Trinitate, nisi Deus Pater vel Deus Filius vel Deus Spiritus Sanctus. Consequencia patet et antecedens probatur pro illa parte -- nullus Deus Pater est Deus gloriosus in Trinitate, quia nullus Pater est Deus gloriosus, ergo nullus Deus Pater est Deus gloriosus in Trinitate. Consequencia patet et antecedens sic deducitur: Si aliquis pater esset Deus gloriosus in Trinitate aliquis esset splendor glorie eius, non alius nisi Filius suus naturalis quem vocat Apostolus splendorem glorie patris, Ad Rom. Primo, ergo aliquis esset sibi Filius naturalis et per consequens naturaliter genitus. Sed consequens subdobitur esse falsum, ergo etc.

Et quod consequens sit falsum arguitur sic: Nulla est vel esse poterit in divinis generacio naturalis, ergo in divinis nullus est splendor patris glorie, sive filius naturaliter genitus. Consequencia patet et antecedens sic probatur: In omni generacione naturali requiritur materia secundum Philosophum in multis locis, sed in divinis nec est nec poterit esse materia, cum materia sapiat imperfeccionem, ut

constat, ergo nulla est vel esse potuit in divinis generacio naturalis.

(Responsio) Hic forte dicitur cum doctore Scotorpho Dist. 5, art.3,quid quamvis in illa generacione ineffabili non est materia secundum rem, est tamen ibi materia secundum rac onem i.e. quasi materia, quia essencia est ibi quasi subiectum generacionis, licet in rei veritate semper sit coniuncta actui, et ipsa est ut aliquid quasi in potencia ad generandum de ea quasi de principio materia. Verumptamen quia ista posicio non solvit dubium ut videtur, ideo iusta materiam articuli istius erit talis articulus pro incepcione primi libri talitor qualiter pertractandus.

(Articulus pro primo libro) Utrum splendor paterne glorie divinam requirit essenciam quasi materiam sue generacionis previam vel substratam.

(Secundum principale) Secundo principaliter sic arguitur: Nullus Deus est sibiipsi in Trinitate sufficiens ergo questio falsa pro secundo supposito. Antecedens sic arguitur: Iam sibiipsi quilibet videtur fatigabilis et insufficiens qui infirmos sibi providet adiutores. Patet hoc quia stultum videtur adiutores infirmos adquirere ei qui solus et sine labore potest facienda complere. Sed Deus infirmos sibi providet adiutores, ergo nullus Deus est sibiipsi in Trinitate sufficiens. Consequencia videtur evidens et minorem dicit Apostolus Prima Ad Cor., Primo: 'Dei enim adiutores sumus'. Glosa: in colendo agro dominico et populos per fidem illuminandos. Consimiliter et angeli Dei adiutores possunt dici secundum quod subordinatas illuminant ierarchias.

(Articulus pro secundo libro) Iuxta materiam huius argumenti erit iste articulus in secundo libro pro meo modulo pertractandus: Utrum omnipotencia divina non derogat quod superior angelus inferiorem illuminet.

(Tercium principale) Tercio principaliter et contra primam partem questit sic arguitur: Benedicta Trinitas voluit secundam

personam incarnari, ergo si talis volutionis effectus lapsus sit in preteritum, secunda persona est incarnata, et nonnisi per assumpcionem carnis, ergo secunda persona benedicte Trinitatis assumpsit sibi carnem. Et sequitur secunda persona benedicte Trinitatis assumpsit sibi carnem, ergo tota Trinitas assumpsit sibi carnem, et per consequens tota Trinitas est incarnata. Consequens contra doctores; et prior consequencia sic probatur: Omnia opera Trinitatis ad extra sunt indivisa ergo omne opus quod facit una persona ad extra facit et alia. Sed assumere carnem est opus ad extra, ergo si illud opus quod est assumere sibi carnem facit secunda persona, illud idem opus facit Pater et Filius et per consequens tota benedicta Trinitas est incarnata.

Juxta materiam huius argumenti erit iste articulus pro libro tercio pertractandus:

(Articulus pro 3º libro) Utrum Filius in divinis humanas circumferre potuisset induvias, cum hoc quod Patri eius unita non fuisset humanitas.

(Quartum principale) Quarto principaliter et contra secundam partem quesiti sic arguitur: Si secunda persona subsistit personaliter in duabus naturas, et qualitercumque subsistit in duabus naturis taliter est in sacramento altaris, ergo in sacramento altaris est personaliter et in duabus naturis. Sed sic est personaliter in duabus naturis quod natura humana in ipso est glorificata, ergo et in sacramento altaris est talis natura glorificata. Consequens ut apparet est falsum, quia si corpus Christi in sacramento altaris esset glorificatum omnis appetitus eleorentorum qui sunt in illo corpore benedicto essent totaliter quietati, sic quod nullum eorum appeteret suam speram. Cuius oppositum similiter indicamus. Nam hostia consecrata elevata in aero et sibipsi demissa descendit conformiter sicut ante consecracionem, ceteris paribus, descendisset, et per consequens natura humana in illo benedicto sacramento non indicabitur gloriosa.

Iuxta materiam istius argumenti erit iste articulus pertractandus in quarto: Utrum ex sensibiliter iudicato successivo motu descendentis per aera, quantitas probari possit esse vel levitas in hostia consecrata.

Fol.118 Rb.

5 (Questio primi libri) Articulus pro incohatione huius primi libri ut premittitur, erit iste: Utrum splendor interne gl orie divinam requirit essenciam quasi materiam sue generacioni previam vel substratam.

Et ad primam partem negativam questionis arguitur sic: Si splendor paterne glorie requirat divinam essenciam quasi materiam sue generacioni previam vel subtractam, cum solum Verbum divinum sit splendor paterne glorie secundum Ambrosium 2 De Trinitate, lib.1, cap.1, ergo Verbum divinum requirit essenciam divinam quasi materiam sue generacioni previam vel substratam. Sed si in illa generacione fecundissima nihil deficit requisitum, ergo essencia divina est in eterna generacione quasi materia previa vel subtracta, et per consequens essencia divina est quasi materia. Consequens falsum sive ly quasi sit nota veritatis notabit predicatum vere et affirmative dici de subiecto, et per consequens affirmabit essenciam divinam esse materiam, et hoc dicit quilibet catholicus esse falsum cum essencia divina sit actus purus sive simplex et nobilitatis infinite. Si ly quasi sit nota falsitatis, tunc false denominacionem illam esse veram erit falsa, et talem propositionem innuit questio vel supponit, ergo quostio falsa.

(Ad Oppositum) Ad oppositum est opinio doctoris Solempnis ubi prius.

(Decisio articuli) In hoc actu de Dei gracia et vestra benevolencia sic intendo procedere. Primo ponam questionem quam gracia communicacionis ita teneo, et eandem questionem per tria media suadebo. Secundo eandem questionem iuxta opinionem contrariam impugnabo. Et tercio dicam conceptum meum qualiter opinionem pertinencium assertores sibiipsis dissenciant, et tandem raciones contra questionem illatas nitar solvere modo meo.

(Protestacio) Sed antequam ponam questionem premissam facio protestacionem publicam in hiis scriptis etc.

(Conclusio) Nulla essencia divina est quasi materia eterne generacioni previa vel substrata.

(Prima racio pro conclusione) Ista conclusio taliter suadetur. Nihil ponendum est in eterna generacione quod imperfeccionem dicit vel imperfeccionis similitudinem. Sed tam materia quam quasi materia dicit imperfeccionem vel imperfeccionis similitudinem, ergo in eterna generacione non est ponenda materia...

(Secunda racio pro conclusione) Secundo suadetur conclusio sic: Numquam agens vel producens requirit materiam vel quasi materiam nisi quia imperfectum vel quasi imperfectum. Sed nullum producens in divinis est imperfectum vel quasi imperfectum, ergo ibi non requiritur materia nec quasi materia, ergo conclusio vera.

(Tercia racio pro conclusione) Tercio et ultimo suadetur sic: Ex eo quod est commune tam materie quam forme non potest argui materia nec quasi materia, ymmo si arguatur constat quod erit falsitas consequentis. Sed indistinccio est communis tam materie quam forme, ergo ex eo quod assignatur indistinccio in essencia divina nuda vel nude concepta non sequitur quod essencia divina sit respectu generacionis eterne materia vel quasi materia. ////

fol.118Va.

(Prima racio contra conclusionem) Item arguitur contra conclusionem et sic: Omne illud quod naturaliter generatur et ut ypostasis, requirit materiam vel quasi materiam sue generacioni previam vel substratam. Quodlibet Verbum divinum naturaliter generatur et ut ypostasis aliter non esset filius naturalis, ergo.... (Hic arguitur quod Filius non generatur de nihilo) Et quod Filius in divinis non generatur de nihilo probatur: quia dato quod generatur de nihilo aut accipiendo illum terminum de nihilo negative.....

(Secunda racio contra conclusionem) Secundo principaliter contra conclusionem arguitur sic: In omni eo est natura in quo est

aliquid passibum vel subiectivum in potencia, ut de eo aliud producatur. Sed in generacione divina est aliud subiectivum vel passivum.....

(Tercia racio contra conclusionem) Tercio principaliter contra conclusionem arguitur sic: In quacumque generacione contingit reperire indistinctum aliquid distinguibile, tunc in illa contingit reperire materiam vel quasi materiam. Sed in generacione Filii in divinis secundum modum nostrum concipiendi reperire.....ergo....

(Quarta racio contra conclusionem) Quarto et ultimo pro nunc contra conclusionem arguitur sic: Quandocumque sunt aliqua duo inalice supposito tamquam constituencia illud suppositum in esse suppositi, oportet quod unum sit potencia sive materia vel quasi materia, et reliquum ut actus. Sed in generacione Filii in divinis essencia non potest esse actus relacionis vel proprietatis personalis, ergo.... ////

fol.11ª RA

(Articulus secundus: opinio Henrici) Nunc iuxta secundo premissum videndum est qualiter opinionem pertinencium asseratores sibiipsis in sua posicione dissenciunt. Pro quo notandum quod Doctor Solempnis Dist.54,art.3, ubi tractat de generacione eterna ymaginatur quod essencia divina sit in quodam ordine, sub exemplum si accipiatur materia primo sub forma aeris, secundo sub forma aque mediante prima, et tercio sub forma ignis. Unde ymaginatur quod essencia divina sub proprietate patris est quasi sub forma una, sub proprietate Filii sub alia, sub proprietate Spiritus Sancti sub tercia, ita quod essencia divina est quasi substratum vel materia, et sic per ipsum erit persona quasi suppositum, proprietas quasi forma, et essencia quasi materia.

(Opinio propria) Sunt autem quidam qui nolunt ad divina transferre racionem materie, que est infima racio in entibus, et isti aliter ymaginantur; ymaginantur enim quod in generacione illa eterna natura communicatur Filio sicut in generacione temporali natura communicatur supposito, et non sicut materia forme que est in potencia subiectiva respectu forme. Sed

essencia divina pro illis communicatur sicut natura vel forma una pluribus proprietatibus. Et ponit exemplum de anima communicata partibus noviter generatis, unde sicut anima que est in corpore in casu quo adiungitur ei anima nova, non debet habet ad partem illam de novo adiunctam quasi materia quamvis sibi communicetur; sic in proposito dicunt de essencia sive natura divina, quod ibla quasi preexistens in patre quando communicatur Filio non debet ymaginari materia vel quasi materia, sed quasi anima communicata (ad) generatis de novo partibus, vel quasi natura communicata suppositis.

(Articulus tercius) Iam ad tercium premissum descendo et raciones factas contra conclusionem positam nitar solvere modo meo.

(Ad primam racionem factam contra conclusionem) Ad primum hec argumentum cuius vis fuit/in summa: Omne quod naturaliter generatur et ut ypostasis requirit naturam.....

(Responsio) Ad istud argumentum respondeo concedendo minorem...

(Ad secundam racionem factam contra conclusionem) Ad secundum principale quando sic arguitur: In omni eo est materia in quo est aliquid subiectivum.... Concedo consequenciam et nego minorem.

(Ad terciam racionem factam contra conclusionem) Ad tercium principale cuius vis est hoc in summa: In quacumque generacione contingit reperire indistinctum....Respondeo et dico quod maior est verum.....

(Ad ultimam racionem factam contra conclusionem) Ad quartum argumentum et ultimum quando arguitur sic: Quodcumque aliqua sunt in alico supposito.... Respondeo et dico quod antecedens est verum..... ////

fol.V.a.

(Protestacio) Intendo protestacionem alias per me factam scil., quod non est intencionis mee aliquid dicere, asserere pertinaciter defendere quod sit sacrosancte matris ecclesie determinacioni contrarium, fidei catholice dissonum, vel quod merito possit offendere plus auros. Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me

correccioni reverendi domini, domini cancellarii ac omnium aliorum ad quos pertinet sic errantes corrigere et ad viam reducere veritatis. Hac protestacione premissa sit hec conclusio mea prima:

Prima conclusio: Pater generat Filium, in quo est potencia generandi; impossibile tamen est Filium ad intra generare.

Secunda conclusio: Eterna generacio Verbi Dei convenienclus dicitur facta, quam fieri.

Tercia conclusio: Essencia divina est tria supposita, et Pater solum unum, et tamen nihil in divinis est plura quam aliud.

Quarta conclusio: Ab aliquo vel ab aliquibus potest produci Spiritus Sanctus a quo vel a quibus non potest Pater produci nec Filius in divinis.

Quinta conclusio: Natura divina generat non essencia, idipsum tamen est essencia cum natura.

Sexta conclusio: Solus Deus beatificat obiective, aliud tamen a Deo potest capacitatem anime saciare.

Septima conclusio: Non est aliquid causa predestinacionis eterne quod per hominem fit, fiebat vel fiet in tempore.

Fol.119vb.

(Responsio ad argumenta Bekynham:): Reverendi magistri, patres et domini, articulus de Dei gracia et vestra benevolencia pertractandus est iste: Utrum si non fuisset homo factus servus peccati fuisset Deus nichilominus incarnatus.

Et quia conclusionaliter posui partem negativam articuli, ideo pro parte negativa sibi instabo, sed breviter et sic. Si non peccasset homo, non fuisset homo factus servus peccati; sed si non fuisset homo factus servus peccati non fuisset Deus incarnatus, ergo pars negativa questionis..... ergo si homo non peccasset sed mansisset et stetisset in innocencia non fuisset Dei Filius incarnatus. Sed hoc consequens vivaciter impugnet magister meus reverendus et informator sui gracia specialis magister Edmundus Bekynham affirmans partem affirmativam articuli esse veram cum auctoritatibus et racionibus satis multis ad quem respondebo.... Et probat magister meus reverendus partem affirmativam questionis videlicet, quod homine non peccante nichilominus fuisset Deus incarnatus, primo auctoritatibus et postea racionibus.

Et probat hoc auctoritatibus, primo sic.....

(Responsio) Ad istud Augustini respondeo....

(2m principale) Secundo principaliter arguit idem sic. Capacitas gracie non est aucta.....

(Responsio) Ad istud argumentum respondeo quod duplex est capacitas..

fol.120Ra.

(3m principale) Tercio principaliter arguit magister meus sic...

(Responsio) Ad istud argumentum de diffusione bone sic respondeo

(4m principale) Quarto principaliter arguitur sic....

(Responsio) Ad istud argumentum fundatum super auctoritatem Aug....

(5m principale) Quinto principaliter arguitur sic....

fol.120 Rb

(Responsio) Ad istam racionem probat racionem incarnacionis...

(6m principale) Sexto principaliter sic arguitur: Perfeccio universi...

(Responsio) Ad istud argumentum de perfeccione universi respondeo quod aliquid esse de perfeccione universi potest esse

duplicitor: vel de perfectione essentiali vel de perfectione accidentali. Primo modo incarnatio non est de perfectione universi, quia ante lapsum hominis dicit Scriptura, celum et terram fuisse perfectos; per accidens autem est incarnatio de perfectione universi scilicet, supposito peccato vel lapsu nature humane, et per hoc patet ad sextum.

Fol.120v.

(Cessacio Sententiarum) Reverendi Magistri, patres et domini articulus pro finali cessatione sententiarum de Dei gracia et vestra benevolencia pertractandus est iste: Utrum propter meritum quod augetur ex voto teneatur qui vovit gracias agere Deo suo. In isto articulo sic intendo procedere: Primo suadebo partem affirmativam articuli; secundo respondebo ad argumenta que fecit venerabilis pater dominus Richardus Kardesey contra suppositum in articulo; et tercio subinferam conclusionem modicam, ut est moris.

Quantum ad primum et pro parte affirmativa questionis arguitur sic: Propter meritum suum quantumcumque modicum tenetur homo gracias agere Deo suo, ergo a fortiori propter augmentum talis sui meriti. Sed meritum sequens ad actum hominis electum sub voto auget per votum, ergo propter meritum quod augetur ex voto tenetur qui vovit gracias agere Deo suo..... Confirmatur racio quia nisi actus aliquis sicut continencie, magis esset meritorius cum voto quam sine voto ecclesia non indixisset votum continencie ordinatis ad sacros ordines, eo quod ecclesia non auferret eis racionem magis merendi. Et idem articulus potest fieri de religiosis.

Sed reverendus pater et socius sui gracia specialis dominus Richardus Kardesey in introitu suo ad Quartum nitebatur probare subtiliter quod votum non augeat meritum, et quia conclusionaliter illud posuisset me rerolo, de multis argumentis suis recitabo tria solummodo et dicam ad ea quod oncio.

(Primum argumentum) Primo arguebat pater iste reverendus sic in sententiam: Votum diminuit de racione voluntarii cum imponat necessitatem, et necessitas contristans est ex 5 Metaphisice. Sed quod diminuit a voluntario diminuit a meritorio, ergo votum diminuit meritum, et sic consequens non auget meritum.

(Responsio) Ad istum argumentum respondeo et dico quod votum non diminuit de racione voluntarii, imo auget ad voluntarium quia ceteris paribus opus factum ex voto dupliciter est volitum

puta ex voluntate prime obligacionis virtualiter continente omnes actos posteriores fiendos, ex voto, et secundo opus tale est voluntarium quia tunc actualiter imputatur, et sic opus ex voto procedens dupliciter est voluntarium et ideo habet racionem magis meritorii.

(Tercium argumentum) Tercio arguit idem pater sic: Illud quod facit ad meritum videtur esse expediens, sed vovere non expedit, ergo votum non auget meritum. Assumptum probat sic: Votum aggravat peccatum, unde Anselmus in libro de Similitudinibus, capitulo de similitudine inter monachum et Judeum dicit quod monachus peccans et penitere nolens maiori dampnacioni subiacebit, ergo cum non expediat homini exponere se periculo et vovens maioris transgressionis vel dampnacionis periculo se exponat, videtur quod non erit expediens vovere votum continencie et sic de aliis que religiosi vovent.

(Responsio) Ad istum argumentum cum assumitur sic: Omne illud quod facit ad meritum videtur esse expediens dico quod verum est de eo quod directe facit ad meritum et se tenet ex parte operantis vel eciam medii quo.

(Secundum argumentum) Secundo arguit idem pater sic: Illud quod diminuit difficultatem in operando diminuit a merito, quia quanto opus difficilius tanto magis meritorius; ideo dicit Philosophus 2 Ethic., cap.3: Citra difficilius semper fit ars i.e. virtus. Sed votum difficultatem diminuit, ergo et meritum.

(Responsio) Ad istud argumentum respondeo cum assumitur quod illud quod difficultatem diminuit in operando, diminuit a merito et dico quod difficultas vel potest provenire ex natura operis vel ex voluntate operantis; inspiciendo ergo ad naturam operis eque difficile est religioso continere et jejunare sicut seculari, et talis difficultas provenens ex natura operis facit ad meritum. Sed alia est difficultas provenions ex voluntate operantis et illa diminuit a merito sicut facultas et opposita auget meritum.

(Ad formam) Per hec ad formam articuli cum dicitur quod diminu

difficultatem in operando, diminuit a merito; conceditur si difficultas illa proveni t ex natura operis; et ultra ad minorem cum assumitur quod votum diminuit difficultatem in operando, dico quod votum est ex parte operantis; unde quamvis seculari difficilius sit servare continenciam quam religioso, ex hoc tamen non sequitur quod ceteris paribus magis meritoria sit continencia seculari quam religioso, et ymmo pocius e contrario, quia facultas bene operandi ex bona dispositione voluntatis proveniens augmentativa est meriti, ut dictum est in responsione ad primum, et propter hoc ipse qui vovit gracias agat Deo suo.

Post hec divertatur ad collacionem -- sic incipit: Iam in terminando sentencias sumo pro thomate -- Deo gracias.

Fol.121r.

(Replicacio) Reverendi patres magistri et domini articulus de gracia et de vestra benevolencia tam pertractandus est isto: Utrum trinus et unus Deus qui est simpliciter infinitus naturam, quam secunda persona suscepit, posset simul in unitate tercie personalitatis assumere.

Pro veritate huius articuli sunt patres mei reverendi de sacris ordinibus Minorum et Predicatorum.

Pro supposito namque est pater reverendus et amicus meus sui gracia specialis frater Roberts Hindon.(Hiudon ?)

Etpro quesito est reverendus pater et amicus frater Philippus Tydir.

Contra quorum patrum meorum reverendorum dicta volo breviter cum eorum reverencia replicare, et primo contra suppositum in questione quod ponit reverendus pater meus frater Robertus Hindon, scilicet, quod trinus et unus Deus est simpliciter infinite, quia hoc dato sequuntur, duo inconvenienda ut videtur. Primo quod natura creata est beata, secundo quod nulla creatura potest esse beata.

Primum inconveniens deducitur sic: quantumcumque Deus est, tam perfecte Deus est.....

Confirmatur racio sic.....

Secundum inconveniens quod dicebatur sequi fuit quod nulla creatura potest esse beata. Suadetur isto modo.....

Hic forte dicet pater meus reverendus quod quelibet creatura beata quamvis videat Deum solum finite.....

Iam contra quesitum quod ponit pater meus reverendus frater Philippus Tydir, scilicet, quod due persone divine possunt eandem naturam assumere numero in simul personare, auctorit te sic arguitur Anselmus de Incarnacione ..... Sed istud dictum anselmi,..... Ergo dictum patris mei reverendi minus verum.

Secundo sic. In intencione dicit Anselmus, Lib. Primo Cur Deus... Sed arguitur contra reverendum patrem meum et sic.....

(Secunda racio) Secundo sic arguitur. Dependencia nature.... confirmatur racio sic. Suppositata eadem natura numero.....

(Tercia facio) Deinde arguitur sic. Positio supposito absoluto..... Quarto sic. Impossibile est quod idem effectus simplex dependeat eque primo totaliter a pluribus independentibus in racione cause. Sed si posito eadem numero esset assumpta a tribus suppositis divinis ipsa in racione suppositi eque primo dependeret a pluribus suppositis divinis independentibus, ergo impossibile est eadem naturam a pluribus suppositis divinis assumi. Minor est satis manifesta. Probo maiorem sic. Sit A effectus, et B, C, cause, tunc arguo sic. Illud non est causa totalis alicuius effectus quo circumscripto nichilominus ponitur A effectus, quia adhuc C est tota causa ipsius A, et eodem modo arguitur de C, ergo ponere quod A eque primo dependeat a pluribus vel duobus independentibus in racione per se cause totalis est ponere quod a neutro dependeat in racione cause totalis, quod includit contradictionem, ergo similiter in proposito, cum similis sit dependencia nature ad suppositum et effectus ad causam, impossibile erit eandem naturam numero dependere a pluribus independentibus in racioni suppositi.

(Cessacio Primi Libri)

Articulus pro cessacione huius primi libri cum Dei gracia et vestra benevolencia pertractandus est iste: Utrum aliquid aliud a Deo posset racionalis anime saciari capacitas, cuius intellectiva potencia ignobilior est quam voluntas.

In hoc actu cum paciencia vestra sic intendo procedere: Articulus iste habet duas partes, quarum primam in una conclusione, et secundam in alia, premissa protestacione publica, posui tarde satis. Et utramque partem articuli fortiter impugnit dominus meus, dominus decanus sancti Crantoci, magister Thomas Wendmand. Et ideo primo volo recitare questionem meam que primam partem huius articuli perturivit, et illam suadebo. Et postea solvere nitar argumenta que predictus dominus meus adduxit ad improbandam questionem quam posui. Et post hoc quoad secundam partem articuli iam tacti consimilem processum faciam modo meo.

(Conclusio probanda) Conclusio mea que concernit primam partem articuli fuerat hoc in forma: Solus Deus beatificat obiective, aliud tamen a Deo potest capacitatem anime saciare.

(Probacio conclusionis) Primam partem huius conclusionis approbat idem dominus, et secundam sic suadeo: Aliquod finitum quietare potest et saciare capacitatem anime racionalis; omne finitum est aliquid aliud a Deo, ergo aliquid aliud a Deo quietare potest et saciare capacitatem anime racionalis.

(Secundum principale) Secundo et ultimo pro ista parte sic arguitur: Sanctus Thomas Dist. prima, art.3, illius primi, arguit sic breviter: Illis rebus est fruendum ut dicitur in littera que nos beatos faciunt, sed beatitudo creata beatos nos facit, sicut albedo albosnos facit, ergo beatitudine creata est fruendum. Et in responsione concedit consequens, et ex consequente sic arguitur: Beatitudine creata est fruendum et omnis beatitudo creata est finitum quoddam et res finita, ergo finito est fruendum; sed solo tali est fruendum, saltim licite, quod potest capacitatem anime saciare, ergo finitum potest

capacitatem anime saciare, et omne finitum est aliud a Deo, ergo aliud a Deo potest capacitatem anime saciare, quod fuit intentum.

(Arguit Hendman) Sed dominus meus vivaciter arguit contra hoc et assumit hoc modo: Nihil potest capacitatem anime saciare nisi quod licite potest esse obiectum fruicionis, sed nihil aliud a Deo licite potest esse obiectum fruicionis, ergo nihil aliud a Deo potest capacitatem anime saciare.

(Solucio) Pro natura huius articuli subtilis notanda est michi distincio S.Thome quam ponit super Primum, dist.prima, art.3, in responsione quam dat ad argumentum quod ego opponebam rea feci scil.sub auctoritate dicti sancti, et dicit quod aliquid facit bonum dupliciter: uno modo effective, ut Deus, et ideo solo Deo est fruendum obiective; secundo modo aliquid facit bonum formaliter ad modum, inquid, doctor, quo albedo facit album, et sic beatitudo creata bonum facit, et ideo beatitudine creata est fruendum formaliter. Hec S. Doctor. .....

(Ad argumentum) Per hoc ad argumentum dominum meum, quando sic arguit. Nihil potest capacitatem anime saciare nisi quod licite potest esse obiectum fruicionis, nihil aliud est huiusmodi, ergo nihil aliud a Deo potest capacitatem anime saciare. Concedo consequenciam et ad maiorem respondeo cum omni reverencia negando illam, et do oppositum eius cum S.Thoma scil., quod aliquid potest capacitatem anime saciare quod non licite potest esse obiectum fruicionis, beatitudo scil., formalis inherens que saciat capacitatem anime formaliter, ut visum est superius. .....

(Ad secundam partem) Jam descendo ad secundam premissam et recitata conclusione que fuit occasio secunde partis articuli huius partis, scil., intellectiva potencia ignobilior est quam voluntas. Suadebo conclusionem illam et postea respondebo ad argumenta que fecerat idem dominus meus contra illam. Conclusio fuit ista: Non est equus honoracioni asscensor, nec intellectiva potencia nobilior voluntate. Primam partem huius conclusionis affirmat idem dominus, et ponit directum contradictorium secund

partis, et ideo sm̃debo secundam partem conclusionis quam posui, istam scil., potencia volitiva nobilior est quam potencia intellectiva, et arguo sic: Secundum Lincolniensem Primo Post., cap. 17, illud est nobilius cuius operacio secunda est nobilior, sed actus sive operacio secunda volitive potencie est nobilior actu sive operacione secunde potencie intellective, ergo voluntas est nobilior intellectu.....

(Argumenta Kendman) Sed istis non obstantibus vivaciter invehit dominus meus contra me probans quod intellectus sit nobilior potencia quam voluntas et assumit sic: Augustinus De Vera Religione cap.93, et 2 de Libero Arbitrio cap.9, probat quod intellectus est potencia nobilior quam sensus per hoc quod intellectus iudicat de sensu et eius accione utrum sit sicut debet vel non. Sed idem medium dicit dominus meus est verum in comparacione intellectus ad voluntatem, quia intellectus iudicat de voluntate et eius accione utrum sit bona vel mala, et utrum sit sicut debet an non. Ergo intellectiva potencia est nobilior voluntate. (Responsio) Ad istud argumentum bonum et subtile respondet dominus Armachanus dicens: quod argumentum bene procedit de virtute comprehensiva in comparacione ad sensitivam, ut quando dictus dominus assumit in minori quod idem medium est verum de virtute comprehensiva in comparacione ad voluntatem, cum omni reverencia nego illud non enim consimiliter utrobique iudicat intellectus de accionibus sensitive et de accionibus voluntatis.
.....

Secundo arguit idem dominus contra conclusionem ut sic: Accio intellectus est melior accione voluntatis, et sicut actus ad actum sic potencia ad potenciam, ergo potencia intellectiva est melior volitiva. Maiorem sic probat: Intelligere est melius quam velle. Probatur sic: Nullum intelligere est malum, sed aliquod velle est malum, ergo intelligere est melius simpliciter quam velle, ergo intellectus est melior voluntate..
Ad istud argumentum respondeo quod primum consequens est verum secundum quod huiusmodi est melius quam velle, sed non sequitur

ex hoc quod intellectus sit melior voluntate, sed hoc sequeretur dato quod optima operacio intellectus esset melior quam optima operacio voluntatis, quod non est verum, ut dictum est superius. (Nota) Sed pro materia huius articuli (argumenti ?)notandum quod numquam genus dicitur esse melius vel nobilius qua quacumque specie sive individuo, cum species continent in actu totam perfeccionem quam genus includit, et aliquam addat vel aliquid aliud, ut ideo velle sub hoc nomine, scilicet, generis, non dicitur melius quocumque velle, et quia aliquod velle est ignobilius quocumque intelligere ideo velle simpliciter est ignobilius, et aliquod velle est melius quocumque intelligere. Sed quia optimum velle est melius quam optimum intelligere, ideo velle dicitur melius quam intelligere et quia sicut operacio se habet at operacionem, sic potencia se habet ad potenciam a que egreditur talis operacio, sicut optimum velle melius est quam optimum intelligere, sic voluntas est melior intellectu.

Fol.1 10r.

(Pro incepcione secundi libri) Reverendi domini, patres et magistri, articulus pro incepcione huius secundi libri de Dei gracia et vestra benevolencia pertractandus est iste: Utrum ex unione anime racionalis cum corpore inficiatur ipsa culpabili feditate. Ad cuius partem negativam sic arguitur: Si anima racionalis ex unione cum carne inficeretur culpabili feditate, tunc illa contraheret culpam in primo instanti sue creacionis. Consequens impossibile ergo et articulus. Probatur consequencia sic: Ilam anima racionalis suo corpori unitur in primo instanti sue creacionis secundum Augustinum.....infunditur, et infudendo creatur, ergo si ex unione cum carne culpabilem feditatem contrahit, contraheret illam in primo instanti sui esse, cuius falsitas sic probatur. Impossibile est quod aliquid corpus agat nisi per motum, sed motus non est in instanti nec potest esse, ergo corpus non inficit animam feditate illa culpabili qua infieitur in instanti.

(Oplnio Durandi) Circa materiam huius articuli est opinio que recitatur in littera ponens quod originale non habet racionem culpe sed est solum reatus quo sumus obnoxii per carencia[m] originalis iustitie.

(Primum argumentum pro opinione) Ad cuius probacionem arguit Doctor Durandus 30 dist. secundi Scripti sui sic in sentencia....

(Secundum argumentum) Secundo arguit sic: Dicio culpe formaliter consistit in actu aliquo.....

(Tercium argumentum) Tercio arguit ad idem: Ex hiis que non subsunt potestati nostre non culpamur.....

(Quartum argumentum) Quarto arguit ex auctoritate Apostoli ad Rom.5, dicentis quod per unum hominem mors intravit.....

(Quintum argumentum) Quinto arguit sic: Apostolus in eodem capitulo comparans demeritum Ade merito Christi dicit quod sicut per unius/obedientiam in-.....

(Ad oppositum) Ad oppositum opinionis est Magister in littera cum sanctorum auctoritatibus, quas allegat cum auctoritate illa cap.xii, Semen meum dictum erat ab inicio'. Et istud sub

protectione fidei unico brevi medio suadetur. Nam secundum fidem parvulus nascitur cum habituali concupiscencia absque originali iusticia sed huiusmodi concupiscencia est peccatum culpe secundum doctores ergo originale dicit racionem culpe.

Probacio assumpti: Necessitas peccandi culpabiliter videtur esse formaliter peccatum. Sed huiusmodi concupiscencia secundum doctores, est necessitas peccandi culpabiliter, nisi ei aliunde succurraretur, ergo ipsa habet racionem culpe.

(In isto actu de gracia vestra sic intendo procedere. Primo recitabo quinque argumenta cuiusdam doctoris pro opinione predicta, deinde arguere volo breviter ad oppositum et postea dicam ad raciones doctoris et statim erit finis.)

Et quia raciones pro opinione priore tam facte non concludunt ut credo, ideo eas solvere nitar modo hoc, et ultimo dicam ad argumentum principale.

(Ad primum) Ad primum cuius vis stat in auctoritate Augustini dicentis quod culpa est malum quod facimus, concedo.....

(Ad secundum) Ad secundum cum assumit doctor quod racio culpe...

(Ad tercium)Ad tercium cum sic arguitur: A his que non.....

(Ad quartum) Ad quartum argumentum cum arguit doctor.....

(Ad quintum) Ad quintum cum arguitur per locum a similitudine sic.....

(Ad principale) Ad principale quando sic arguitur: Si anima ex..

(protestacio) Antequam descendam ad conclusiones protestor ut alias quod non intencionis mee aliquid dicere asserere pertinaciter vel defendere quod sit sacre matris ecclesie determinacioni contrarium, fidei catholice dissonum, vel quod merito possit offendere pias aures. Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me correccioni reverendi domini, domini cancellarii, huius alme universitatis, magistris nostro ac omnium aliorum ad quos pertinet sic errantes corrigere et ad viam reducere catholice veritatis, qua protestacione premissa sit hec conclusio mea prima.

Prima: Defectus originalis est culpa que infligitur tam naturaliter parvuli, quam peccati.

Secunda: Etsi mundo creatur anima qualis infunditur, infusa tamen crimine maculatur.

Tercia: Licet peccatum aliquod infinitum fuerit obiective, nullum tamen esse potenit infinitum formaliter et intensive.

Quarta: Respectu eorectorum creabilium est in hoc simultas potencie respectu quorunder tamen non est in ea potencia simultatis in tempore.

Quinta: Semper Deus potuit producere creaturas nusquam tamen potuit eas producere coetemas.

Sexta: Quamvis status glorie ponat creaturam meliorem sub impossibilitate peccandi, impossibile tamen est aliquam talem naturaliter impeccabilem a Deo creari.

Septima: Voluntatem inficit et intellectum ingenuitus libertatis sed immediatus voluntatem quasi dominam intellectus.

Octava: Veniale non convenit in genere cum mortali, potest tamen mortale fieri veniale.

Fol.124r.

(Replicacio contra dominum T. Merk) Reverendi patres, domini et magistri intendo hodie de Dei gracia et cum vestra pacienc'a graciosa replicare contra quandam questionem horum et subtilem et catholicam quam ponit pater meus reverendus dominus Thomas Merk monachus Westmonasterii in tractatu suo ad Cercium, que conclusio fuit hoc in forma: Omn's creata substancia tam rationalis quam irrationalis est a tribus personis divinis simul suppositabilis.

Et primo volo suadere quod nulla irrationalis substancia est ab aliqua divina persona suppositabilis. Et secundo volo suadere quod nulla substancia est a tribus personis divinis simul suppositabilis.

Et primum sic deduco. Solum illa natura sive substancia.....

Set hic forte dicit pater meus reverendus cum beato Augustino...

Set contra istam responsionem arguitur et suadetur quod nulla natura irrationalis est suppositabilis a persona divina.....

Confirmatur ratio sic.....

Iterum sic.....

Item sic .....

Sequitur eciam.....

Iam arguitur contra secundum quod ponit conclusio reverendi patris scilicet, quod quelibet creata substancia est a tribus personis divinis suppositabil's.....

Item sic Anselmus De Incarnacione Verbi.....

Item sequitur ibidem.

Iterum sic.....

Item si ibi sit tantum unus homo quaritur aut ly homo supponit pro natura vel pro persona. Si pro natura tunc sequitur quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt una natura humana.

Consequens impossibile.

Si supponat pro persona, planum est quod talis propositio esset falsa sicut ista - Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt una persona.

Fol.125r.

(Introitus quarti libri) Reverendi patres, magistri et domini questio pro inceptione huius quarti, de Dei gracia et vestra benevolencia pertractanda est ista: Utrum cerimonialia legis Mosayce ritus et mores observare iam debeant legis evangelice predecessores.

(Pro parte negativa) Pro parte negativa questionis est Apostolus plane Ad Coloss.3, Ad Hebr.8, et multis aliis locis; verumptamen cum paciencia vestra faciam quedam brevia argumenta ad partem affirmativam questionis et dicam ad primum argumentum quod sencio, priusquam deveniо ad secundum, et eundem processum tenebo de ceteris argumentis, et ultimo ponam conclusiones, ut est moris, et sic breviter erit finis.

(Pro parte affirmativa) Pro parte affirmativa questionis arguo primo sic.....

(Confirmacio) Confirmatur racio sic.....

(Ad primum arg.) Ad istud argumentum quando assumitur.....

(Obieccio) Sed dicis si.....

(Responsio) Respondeo quod opera virtutum.....

(Secundum principale) Secundo principaliter sic arguitur.....

(Ad secundum arg.) Ad istud argumentum respondeo et dico....

(Tercium principale) Tercio principaliter sic arguitur.....

(Ad tercium principale) Ad tercium principali cuius robur est de virtute.....

(Quartum principale) Quarto et ultimo sic, eadem videtur racio....

(Ad quartum principale) Pro responsione ad hoc argumentum est primo notandum.....

Antequam ponam conclusiones protestor ut alias quod non est intencionis mee aliquid dicere asserere pertinaciter vel defendere quod sit erroneum matris ecclesie determinacioni contrarium, fidei catholice dissonum, aut quod merito possit offendere pias aures. Et si quid tale dixero vel illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me correccioni reverendi domini, domini cancellarii ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter deviantes corrigere et ad viam reducere veritatis. Qua

protestacione praemissa sit hec conclusio mea prima.

1. Sacramenta veteris legis cessare debuerunt non repente, sed paulatim penes Iudeos, Evangelio suescente.

2. Sacra Scriptura concordat et Doctor sanctus quod cerimonialia veteris legis iustificabant ex opere.

3. In tantum saluten non poterant sacramenta legis naturalis vel veteris testamenti, ut cedi tenuam ex gracia eis data, quomodolibet aperirent carnali derelinquenti.

4. Est impossibile absolute panem qui ante consecracionem hostie fuit positus in altari, post consecracionem esse realiter et vere iter corpus Christi.

5. Sub speciebus panis et vini latens humanitas Salvatoris est refeccio spiritualis anime viatoris.

6. Nec gravitas nec levitas est in hostia consecrata, licet hec et illa sit ibi sensualiter iudicata.

7. Non est sacramentum aliquod medicinale, quod ut matrimonium est penale.

8. Nobilis est in seculari virginitas, quam non vovit, set in religioso nobilior quia vovit.

9. Felix necessitas impiebanda voventi directe vel ex sui natura non obviat libertati.

10. Gloriosior quam prius erit ecclesia beatorum cum consummata fuerit resurreccio finalis mortuorum.

11. Non potest homo pro mortali satisfacere nisi meritum pene concurrat extrinsece.

Fol.130r.

(Replicacio contra Colby) Reverendi patres, magistri et domini intendo hodie cum Dei gracia et audiencia venerabilis auditorii consueta replicare contra quandam questionem sufficientem et bonam quam dudum posuit pater michi reverendus dominus Thomas Colby, frater et prior de ordine fratrum Carmelitarum, que conclusio fuit hec in forma: Licet in divinis sit essencialis unitas et trinitas personarum, tamen unica essencia generat et essencia generatur.

(Primum principale) Contra hanc questionem cum omni reverencia patris mei sic arguitur. Si in divinis sit essencialis unitas et trinitas personarum vel ergo illa essencialis unitas est in tribus personis.....Consequens ut credo dicit pater meus reverendus esse falsum, ergo et illud ex quo sequitur.

(Hic arguitur specialiter de Patre et Filio) Sic arguitur specialiter de Patre et Filio quod Pater in divinis non sit equalis Filio suo in essencia.....

(Confirmacio) Confirmatur racio sic.....

(Responsio) Sed hic forte dicit pater reverendus quod persone divine sunt equales.....

(Contra) Contra istam responsionem assumo racionem Augustini....

(Responsio) Set forte pater meus interpretari vult Augustinum et dicere sed Augustinus ibi procedit inquirendo et disputando non determinando, et consequenter ad magistrum vult dicere quod ipse declarat intellectum suum de illa equalitate.....

(Contra) Sed contra hec arguitur per racionem sic.....

(Secundum principale) Secundo principaliter arguitur sic....

(Tercium principale) Tercio principaliter sic arguitur....

(Quartum principale) Quarto principaliter contra conclusionem arguitur sic et suadetur quod ibi.....

(Quintum principale) Quinto principaliter et contra ultimam partem conclusionis arguitur, scilicet, quod essencia generat et essencia generatur....

(Responsio) Hic forte respondet pater meus et dicit quod regula Magistri Prino Sent., dist.27..... Et ad Decretalem vult dicere et ad istum intellectur glossabit pater meus decretalem dicendo..... et tunc dicitur patrem meum velle dicere quod conclusio sua si bene intelligatur non obviat Decretali.

(Responsio) Responsio tamen ista non videtur innuere....

(Contra primum) Contra primum arguitur sic.....

(Responsio) Hic forte dicit pater meus ....

(Contra) Contra sic dicendo sequela est Pater.....sed hoc ut credo non concedit responsio prius data.

(Contra secundum) Contra secundum cum dicitur.....

nec qualitas propositionis variatur nec quantitas videatur tales posse concludi, quod/propositiones simpliciter convertantur, quod fuit probandum.

(Gamma) Doctor et dominus meus reverendus ac magister sui gracia singulariter specialis proponit questionem suam difficilem disputandam sub hac forma. Utrum omnipotens Dei Verbum eternaliter genitum et temporaliter incarnatum de gloriosa Virgine, sit finis noster ultimus et sufficiens beatitudo racionalis creature; et arguit doctor meus reverendus difficulter ad partes, et primo sic.

(Primum argumentum) Data veritate primi suppositi in questione, sequitur primo quod in divinis esset vera et realis personarum productio, ac ipsum Verbum ex infinitate sue potencie posset quodlibet creatum adnichilare, essetque a viatoribus naturaliter cognoscibile, et pure naturaliter super omnia creatum diligibile set hec sunt falsa, ergo et questio.

(Secundum argumentum) Secundo hec. Nullum est huiusmodi Verbum si in divinis quia/sic, tunc ipsum per assumpcionem nature humane et mortis passionem, adhibuisset medicinam sufficientem contra maliciam quibuslibet peccati, essetque tunc illud Verbum secundum quamque naturam omnia perfectissime cognoscens, ac hominis finale premium, sed hec omnia sunt falsa, ergo et questio.

Ad oppositum tamen et pro veritate questionis et processus Sacre Scripture Ps.16, Prov.8, Jon.primo, Ad Gal.4, et multis aliis locis etc.

(Pankas) Reverende doctor et domine vestra doctoralis excellencia, suis in sciencia multum solempnibus vallata tironibus, bellum scolasticum satis hanelare videtur, quare inhermem me solum et armorum usum congruum non habentem, tria sollicitant, videlicet, nota vivacitas invasoris, pusillanimitas defensoris, inopinabilitas adiutoris. Invasoris nota vivacitas excitatur communiter per multitudinem consequencium quoad causam, defensoris pusillanimitas declaratur infeliciter per cordis invalitudinem, tot et tam preclaris viris resistere minus causam, adiutoris inopinabilitas radicatur et firmiter si benignitatis vestre januam reperiam michi clausam. Ideireo suppli-
eo Deo celi qui adiutor est in opportunitatibus, Ps.9, quatenus

inversoris mitiget feritatem quoad primum: multiplicati sunt enim super capillos capitis mei, Ps.39; et defensori resistencie prolitatem quoad secundum: quia cor meum dereliquid me; et adiutoris in vobis assultet pietatem quoad tercium, et emplaceat tibi domine doctor ut vicas ipsorum/ad iuvandum me respice. Et ultimo protestor in hiis scriptis quod non est intencionis mee aliquid dicere pertinaciter vel defendere quod sit sacrosancte fidei dissonum, ecclesie romane contrarium, aut quod merito possit offendere pias aures. Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto submittens me correccioni domini mei, domini cancellarii et vestre, doctor et domine reverende, ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter delinquentes corrigere et ad viam reducere veritatis, qua protestacione premissa sit hec conclusio mea prima.

(Prima conclusio) In divinis est vera et realis producio ac verbum divinum ex infinitate sue potencie posset creari quodlibet adnichilare, non tamen est ipsum verbum a viatore naturaliter cognoscibile, quamvis sit pure naturaliter super omnia creata diligibile. Prima pars huius conclusionis patet ex fide et illimitata Dei potencia, et secunda per hoc quod talis cognicio ortum haberet a sensu, et ultima pars evidet de beatis scilicet personis divinis.

(Secunda conclusio) Nullum est Verbum in divinis quod per assumpcionem humane nature et mortis passionem, adhibuit sufficientem medicinam contra cuiuslibet peccati maliciam, nec Verbum divinum est omnia perfectissime cognoscens secundum utramque naturam, et premium hominis ultimatum. . . . . .

(Tercia conclusio) Tercia conclusio.doctor reverende est questio vestra in terminis, hec videlicet. Omnipotens Dei Verbum eternaliter genitum et temporaliter incarnatum de gloriosa Virgine, est finis noster ultimus, et sufficiens beatitudo racionalis creature, pro qua michi sufficiant per vos primitus allegata. Hec doctor et domine reverende sunt dicta sub spe supportacionis vestre benigne.

(There are some notes of the disputation, many references to st. Thomas.)

[illegible] mittit se [illegible] primum: multiplicati sunt enim super capillos e[illegible], Ps.39; set defensori resistencie profitetur quod dicitur: sule cor meum dereliquid me; et adiutorio in nobis manuitur protestem quod tercium, ut complacuit tibi domine doctor et [illegible] ad adiuvandum me respice. Et ultimo protestor in his scriptis quod non est intencionis mee aliquid dicere contrarium vel defendere quod sit sacrosancte fidei ortodoxe, ecclesie romane contrarium, aut quod merito possit offendere plus aures. Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto submittens me correccioni domini mei, domini cancellarii et vestre, doctor et domine reverende, ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter delinquentes corrigere et ad viam rectitudinis reducere veritatis, qua protestacione premissa sit hec conclusio mea prima.

(Prima conclusio) In divinis est vera et realis processio ad Verbum divinum ex infinitate sue potencie posset creatum quodlibet adnichilare, non tamen est ipsum Verbum a viatore naturaliter cognoscibile, quamvis sit pure naturaliter super omnia creata diligibile. Prima pars huius conclusionis patet ex fide et illimitata Dei potencia, et secunda per hoc quod talis cognicio ortum haberet a sensu, et ultima pars evidet de beatis scilicet personis divinis.

(Secunda conclusio) Nullum est Verbum in divinis quod per assumpcionem humane nature et mortis passionem, adhibuit sufficientem medicinam contra cuiuslibet peccati maliciam, nec Verbum divinum est omnia perfectissima cognoscens secundum utramque naturam, et premium hominis ultimatum. . . . . .

(Tercia conclusio) Tercia conclusio doctor reverende est questio vestra in terminis, hec videlicet. Omnipotens Dei Verbum eternaliter genitum et temporaliter incarnatum de gloriosa Virgine, est finis noster ultimus, et sufficiens beatitudo racionalis creature, pro qua michi sufficiant per vos primitus allegata. Hec doctor et domine reverende sunt dicta sub spe supportacionis vestre benigne.

(There are some notes of the disputation, many references to [illegible])

Fol.136[r]

(Dudley) Reverendus doctor et dominus ac magister meus sui gracia singulariter specialis proponit quo tiocom suum difficilem disputandum sub hac forma. Virtus sapiencie verbum Patris omnipotentis, donum perfectissimum, artifex universi, ac princeps iustissimus, cardinis mundi magnifici, sue mediante gracia hominem creavit de nichilo ad impletionem aurum ordinis angelici.' Et arguit doctor reverendus difficulter ad partes.

Primo sic. Nullus est fons sapiencie verbum Patris omnipotentis donum perfectissimum, quia tunc sequeretur quod generacio eterna trium personarum ad intra foret formaliter infinita, nec minus generacio eterna foret aliquid, quam generacio temporalis cuiuslibet rei creabilis, et sic cum veris sequeretur quod omne esse et omnis essencia foret Deus et creatura, et per consequens omnis creatura esset equefruibilis sicut divina essencia.

Secundo sic. Nullus est artifex universi ac princeps iustissimus cardinis mundi magnifici, quia tunc sequitur quod universum esset sapientissime dispositum nulla carens perfeccione sibi nata inesse, et per consequens pene omnes et premia a iusto iudice essent implenda, et sic cum tantum sit unus iustissimus princeps omnia creabilia foret scivet infallibiliter cognicione infallibilis providencie.

Tercio sic. Nulla est gracia mediante qua creatus fuit homo de nichilo, quia non gracia sine qua potuit mereri vitam eternam, nec gracia ex cuius augmento potuit promereri et premium beatitudinis ultimate adipisci, et per consequens viator ex puris naturalibus sine dono gratuito posset opus meritorium elicere unde mereretur premium beatifice.

Quarto sic. Homo non fuit creatus ad incrementum ordinis angelici qui sine creacione previa potuerunt angeli ad statum purum reparari, ac sacramentum penitencie apud angelis potuitt inesse vicium sufficit delere in angelis, ac possibile est penitenciam purgare angelum in peccato actuali existentem,

cum minima penitencia meritoria cuiuslibet peccati sit purgativa.

Ad oppositum et pro veritate questionis est hec scriptura Luce 2. Primo ad ph. primo, unica sentencia magistri in Secundo.

(Fawkes) Reverende doctor et domine cogitanti quid et quomodo respondam, occurrunt ultronee tria incommoda non vocata, scilicet, debilitas resistendi, impossibilitas evadendi, et necessitas succumbendi, sed quia debilitatem resistentis assistens fortitudo letificat, impossibilitatem evadere volentis refugii promptitudo salvificat, et necessitatem succumbentis protectionis amplitudo remediat, ideireo affectuosis precibus in primis divinam exoro clemenciam ut in presenti negocio meam insufficienciam visitet quoad primum, dirigat quod secundum et defendat quoad tercium. Et secundo vobis supplico, reverende doctor et domine, quatinus in lumine presentis examinis fortificetis debilem et nutantem. Secundo in acumine nunc instantis examinis sub refugium vestro foveatis effugere non volentem; et tercio ad continuandam gloriam vestri nominis reducere placeat, et nutrire alias necessario succumbentem. Et tunc illud Psalmi 19 potero de reverencia vestra veraciter affirmare 'quam fortitudo mea est tu', contra primum inconmodum 'et refugium meum' contra secundum, et 'propter nomen tuum deduces me et enutries me', contra tercium.

(Protestacio) Quarto protestor in hiis scriptis quod non est intencionis mee aliquid dicere pertinaciter vel defendere quod sit sacrosancte fidei dissonum, ecclesie romane contrarium, aut quod merito posset offendere pias aures, et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me correccioni domini mei, domini Cancellarii huius alme universitatis, magistris vestris et vestre doctor et

domine reverende, ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter errantes corrigere et ad viam producere veritatis. Cum protestacione premissa sit hec conclusio mea prima.

(Prima conclusio) Aliquis est Pater cui coeterne Verbum Patris omnipotentis, donum perfectissimum, sed ex isto non sequitur quod generacio eterna trium personarum ad intra sit formaliter infinita nec quod generacio eterna minus foret formaliter aliquid quam generacio temporalis cuiuslibet rei creabilis, ymmo non omne esse et omnis essencia est Deus et creatura, nec omnis creatura est equefruibilis sicut divina essencia. Patet tota conclusio ex hoc quod ex vero non sequitur falsum.

(Secunda conclusio) Aliquis est artifex universi ac princeps mundi magnifici, sed universum sapientissime dispositum aliqua caret perfeccione sibi nata inesse, non tamen tantum est unus iustissimus princeps omnia creabilis, sciens fore infallibiliter cognicione infallibilis providencie, nec omnes pene et premia a iusto iudice sint implenda. Prima pars huius conclusionis est una particula questionis vestre doctor et domine reverende quam volo concedere. Secunda et tercia patent de successione creabilium, quorum aliqua numquam erunt, et ultima per hoc quod aliqua est pena a iusto non implenda.

(Tercia conclusio) Aliqua est gracia mediante qua fuit homo creatus de arida, sine qua non potuit homo mereri vitam eternam, que eciam augmentari non potest, ut ex eius augmento potuisset homo proficere, et premium beatitudinis ultimate adquirere; viator tamen posset ex puris naturalibus sine dono gratuito meritorium opus elicere unde premium beatificum mereretur. Ultima pars conclusionis patet de infinita potencia Dei, et totum residuum verificatur de gracia que est Deus. Pro isto nota S.Thomam super 2^m.dist.28,q.prima in responsione ad primum.

(Quarta conclusio) Homo fuit creatus ad incrementum ordinis angelici et non sine creacione previa potuerunt angeli ad statum purum reparari, sacramentum vero penitencie quod angelis potuerit inesse ad delenda eorum peccata potest sufficere, non tamen est

possibile pentiencian purgare angelum in peccato mortali existentem, cum minima penitencia meritoria cuiuslibet peccati sit purgativa. Prima pars huius conclusionis est particula questionis, et secunda patet ex hoc quod talis reparacio presupponit creacionem in angelis et hoc quod talis de illimitata Dei potencia, et ultima ex hoc quod tunc angelus posset esse in potencia simultatis ad gratiam et peccatum.

(Quinta conclusio) Quinta conclusio est questio vestra in terminis hec, scilicet, 'Dons sapiencie Verbum Patris omnipotentis, donum perfectissimum, artifex universi ac princeps iustissimus ordinis mundi magnifici, sua mediante gracia hominem creavit de arida ad incrementum primi ordinis angelici, pro cuius veritate michi sufficiunt per vos primitus allegata.

Hec doctor et domine reverende sunt dicta sub spe supportacionis vestre benigne.

Fol.134^{r}

(Rypun) Utrum translato sacerdocio necesse est ut fiat legis translacio. Quod non arguitur primo sic. Nullum est sacerdocium, quin si sit, ipsum esset ordo cuius caracter est indelebilis, sicut patere videtur per Magistrum super 4. d.24, et doctores correspondentes, et sic quilibet sacerdos haberet equalem ordinis potestatem, et per consequens absolvendi in foro penitenciali in quocumque casu. Consequens falsum, cum omne peccatum sit infinite malicie intensive, et sic propter malicium irremissibile in peccante, immo si aliquod est sacerdocium, ipsum est dignius et superius regalia. Consequens falsum, quia tunc reges forent subiecti sacerdotibus et non e contra.

secundo principaliter arguitur isto modo. Si aliqua foret lex, ipsa potissime foret lex nature vel Ewangelii, sicut pertractat sanctus Thomas Prima secunde per magnum processum, et per Parisiensem in De fide et legibus, cap.6, et doinceps, in quo capitulo secundum quorundam cotaciones incipit liber secundus, que leges predicte per se sufficiunt ad regimen ecclesie, sine quacumque alia lege humanitus adinventa. Consequens falsum, quia tunc superfluerent leges humanitas adinventa, immo homo ex puris et solis suis naturalibus posset diligere Deum super omnia, et ex eisdem cognoscere Deum esse trinum in personis, etiam pure naturaliter consequi et adipisci beatitudinem ultimatam, que omnia videntur falsa, et sequi ex questione, ergo questio falsa pro utroque supposito in eadem.

Ad Oppositum et pro veritate questionis est Apostolus ad Hebr. 7, ubi questio in terminis continetur.

(Fawkes) Doctor reverendus et dominus ac magister meus sui gracia specialis proponit questionem suam difficilem disputandam sub hac forma: Utrum translato sacerdocio necesse est ut fiat legis translacio, et arguit doctor reverendus difficulter ad partes. Reverende doctor et domine dum me responsurum dispono vestre questioni difficili in meipso

(Conclusio prima) Sacerdotalis ordinis caracter est indelebilis, et potest sustineri scolastice quod sacerdocium est dignius regalia, cum regia subiecti sint sacerdotibus, non econtra; non quilibet tamen sacerdos etsi habeat equalem potestatem ordinis habet etiam potestatem absolvendi in foro penitentiali et hoc in quocumque casu, nec propter hoc est aliquod peccatum mortale infinite malicie intensive, et propter eius malicien irremissibile in peccante. Pro prima parte huius conclusionis allegatis vos in arguendo domine mi; et pro secunda est Hugo De sacramentis, lib.2,cap.19, sic dicens: quod quantum spirituale est corporali prestancius, tantum sacerdocium est dignius regalia. Et tercia pars patet per hoc quod in his in quibus una potestas possidetur ex integro, reliqua multociens est restricta; et ultra liquet ex isto quod tunc peccatum destrueret semetipsum.

(Conclusio 2ª) Non omnis lex est lex Ewangelii vel nature, nec tamen due leges sufficiunt ad regimen universalis ecclesie sine quacumque lege humana adinventa, nec ex hoc sequitur quod omnes leges superfluunt que sunt humanitus adinvente. Prima pars huius conclusionis patet de lege Psalmorum de qua Joh.10,dixit Dominus: Nonne in lege vestra scriptum est, ego dixi dii estis'. Et secunda pars patet per illud Apostoli Ad 2Timoth.3º dicentis Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad emendandum in vel per iustieiam ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus; et ultima pars patet ex hoc quod leges humanitus adinvente sunt actuum humanorum notabiliter directive.

(Conclusio 3ª) Quamvis homo ex suis puris et solis naturalibus posset Deum super omnia diligere, non sic tamen potest cognoscere Deum esse tribum et unum in personis, vel pure naturaliter consequi vel adipisci beatitudinem ultimatam. Prima pars patet ex hoc quod sic Deum diligere non excedit facultatem nature, et due partes sequentes patent ex hoc quod in ipsas non sufficit limitata natura; nisi per lumen glorie ultra vires proprias elevetur.

(4ª conclusio) quarta conclusio doctor reverende est questio vestre in terminis ista, videlicet, translato sacerdocio necesse est ut fiat legis translatio, pro qua sufficit michi Apostolus per vos allegatus in terminis.

Hec doctor et domine reverende sunt dicta sub spe supportacionis vestre benigne.

Pol.105[r]

(Gray, predicator) Verbum omnipotens Verbum Patris, temporaliter incarnatum, ex lege perfecte libertatis iuste gubernet universum.

Pro parte negativa sic arguitur. Si aliquod esset omnipotens Verbum illud posset in natura angelica multiplicare plura individua, et facere actu infinita, et quod in eodem homine non est simul duplex substancialis forma, ac de Verbi omnipotenti potest esse notica scientifica visorum. Hec videtur falsa, ergo et questio.

2° sic. Si Verbum sit temporaliter incarnatum, tunc illa generacione esset generatum a Patre quam incarnatum a matre, et idem partus esset optimus homo possibilis in specie creata, et eius anima distincta a sui potencia; et sicud est unus homo per assumpcionem unius nature sic si assumeret plures naturas humanas essent plures homines. Hec videtur falsa, ergo questio pro secunda parte.

3o sic. Si ex lege perfecte libertatis esset iusta gubernacio, hoc potissime esset ex lege ewangelice institucionis; sed institucio ewangelica non est lex immaculata et perfecta quoad sacramentorum eius institucionem, nec plus obligat nova lex quam vetus ad Dei dilecctionem, nec et in illa lege est iusta et immaculata gubernacio sponse Christi, cum falsa et erronea tam in formis sacramentalibus quam in iudicialibus auctorizentur in nova lege, ergo questio falsa. pro tercia parte.

Ad Oppositum et pro parte affirmativa questionis videtur esse scriptura sacra et sentencia ewangelica super presenti evangelio 'In principio erat Verbum', et concors sentencia doctorum.

(Hawkes) Doctor meus reverendus et sui gracia magister meus singulariter specialis proponit questionem suam difficilem disputandam sub hac forma: 'Utrum omnipotens Verbum Patris temporaliter incarnatum ex lege perfecte libertatis iuste gubernet universum.' Et arguit doctor meus reverendus difficulter ad partes.

(Responsio extraordinaria) Reverende doctor ex processu 2 Reg.xi, didici quod varius est eventus belli, et nunc istum nunc illum consumit gladius ultor, et hoc nimirum si verificatur) de vestro mihi noto et terribili gladio doctorali, cum sit in ore vestro sermo divinus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Ad Hebr.4 cap. Sed et timorem meum auget venerabilis mihi, sed onerosus patrum arguere voleneium congregatus exercitus, sepius me experimentalis instruccio informant quod acuerunt ut gladium linguas suas. Ps. 63. Hii sunt gladii qui multarum matrum liberos solent ecclastice captivare quorum acueies conflare dignetur mihi Deus in vomeres, et retundi faciat ut ligones ad stimulum usque vel basim pro duabus horis mentaliter hebetatos.

Supplico eciam omnipotenti Verbo iusto regenti omnem creaturam de quo questio, quatinus in belli pacifici iam instantis, ostulo bellicoso, gladium vestrum attente me faciat observare, quia taliter fabrefactus est quod levi motu egredi possit et peroutere. 2 Reg.13 cap. Alias, enim, peritis Ioab Amnon, sic quod pudebit opponentes vestrum ducatum sequentes secundum vulnus apponere sauciato.

Et ultimo protestor ut sepius quod non est intencionis mee aliquid dicere pertinaciter vel defendere quod sit sacrosancte fidei dissonum, ecclesie romane contrarium, aut quod merito possit offendere pias aures, Et si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto, submittens me correccioni domini mei cancellarii et vestre, doctor reverende, ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter delinquentes corrigere et ad viam reducere catholice veritatis, qua protestacione premissa sit hec conclusio mea prima.

(Prima conclusio) Omnipotens Verbum Patris de quo potest esse noticia scientifica viatori, potest in specie angelica multiplicare plura individua, et facere quod in eodem homine sit duplex substancialis forma, non tamen potest facere actu infinita.

Ista conclusio quoad tres eius partes primas patet de illimitata Dei potencia, et quoad ultimam partem eius patet quia dato oppos

a sequentur plura inconvenienc ia.

(Secunda) Verbum divinum alia generacione est generatum a Patre quam fuit incarnatum a matre, et idem Verbum est optimus homo possibilis in specie creata, cuius anima distincta est a sui potencia, non tamen sicud est unus homo per assumpcionem unius nature, sic essent plures homines si assumeret plures naturas humanas.

Ista conclusio quoad primam partem patet, eo quod una generacio est eterna et alia temporalis; quoad secundam patet eo quod Christus est Deus et homo; quoad tercia m patet eo quod voluntas et intellectus sunt potencie distincte ab anima; et quoad quartam patet per hoc quod quamvis Verbum assumeret duas naturas humanas non tamen essent plures persone.

(Tercia) Ex lege ewangelica que est lex libertatis, immaculata et perfecta quoad sacramentorum eius institucionem est iusta gubernacio sponse Christi, non tamen plus obligat ad dilecc ionem Dei quam lex vetus, nec in ea quoad formas sacramentales vel iudiciales auctorizantur errores sive falsa.

Ista conclusio quoad illam partem de dilecc ione Dei patet eo quod lex vetus continet preceptum de dilecc ione Dei sicud lex nova; et quoad alias partes patet ex hoc quod lex ewangelica est lex gracie per quam Christus gubernat ecclesiam militantem.

(Quarta) Quarta conclusio, doctor reverende, est questio vestra in terminis, hec videlicet; omnipotens Verbum Patris temporaliter incarnatum ex lege perfecte libertatis iuste gubernat universum. Pro qua michi suffic iunt per vos primitus allegata. Hec doctor reverende sint dicta sub specie supportacionis vestre benigne.

Fol.136r

(Blaelow) Reverendus doctor et dominus ac magister meus, sui gracia specialis proponit questionem suam difficilem disputandam sub hac forma: Utrum Dominus Deus omnipotens creator et rector cuiuslibet creature fuit incarnatus et mortuus pro humana salute; et arguit doctor difficulter ad partes, et primo sic:

---------- (Blank)- --------

(Pawkes) Reverende doctor et domine responsurus vestre questioni difficili, vicem responsalis sub indeliberatis ausibus occupare presumpsi, quare terribilis est michi locus iste propter tria. Primo propter doctoris excellentis instanciam timendam quam vereor. Secundo propter cleri tam eminentis assistenciam congregandam quam veneror. Et tercio propter responsalis tabescentis ignoranciam iam forte notandam quam paucior. Ideo iuxta ordinem quo hec insident michi corde rogo Deum incarnatum de quo questio, primo quod tabescenti ignoranciam illuminet et preservet ab errore et heresum offensis et maculis. Secundo quod excellentem assistenciam sic trahat et afficiat quod me gratanter suscipiat in benevolencie sue propugnaculis. Et tercio quod servende doctoris instanciam plausibilem reddat michi, et mitigat quatinus in spiritu lenitatis hunc fratrem vestrum tractatis quem tenetis in vinculis. Et quarto facio protestacionem in disputacionibus theologicis laudabiliter fieri consuetam, videlicet, quod non est intencionis mee aliquid dicere pertinaciter vel defendere quod sit sacrosancte fidei dissonum, ecclesie romane contrarium, aut quod merito posset offendere pias aures. Et doctor reverende si quid tale dixero illud ex nunc prout ex tunc revoco et retracto submittens me correccioni domini mei domini cancellarii, et vestre doctor ac omnium aliorum ad quos pertinet taliter delinquentes corrigere et ad viam reducere veritatis; qua protestacione premissa sit hec conclusio mea vestre difficili questioni et eius argumentis taliter qualiter responsiva.

(Prima conclusio) Dominus Deus omnipotens cuiuslibet creature principium atque causa non essencialiter est dominus, quamvis

sit optimum cogitabile et obiectum beatificum racionalis creature potens (MS. ponens) facere quamlibet facturam quam nullam contradiccionem includit fieri. Patet ista conclusio ex processu Genesis unita communi doctorum sentencia.

(Secunda conclusio) Licet dominus Deus omnipotens creator et rector cuiuslibet creature sit infinite effectivus vel destructivus, potens aliquam creaturam racionalem absque merito suo beatifice premiare, et alium eque bonum absque peccato suo in eternum dampnare, tamen merita Christi et sacramenta eccles-ie necessaria sunt pro humana salute. Tota ista conclusio preter ultimam partem patet ex hoc quod potencia Dei est infinita simpliciter, et ultima pars patet per Magistrum in 4° distincione prima.

(Tercia conclusio) Dominus Deus omnipotens naturam assumpsit quam quilibet persona divina in unitate sui suppositi potuit assumere, et propriesuppositacionipostmodum dimittere, set nulla natura humana assumpta a Verbo fuit divinum suppositum, vel mortem per cuius passionem sive mortem salus humana fuit tamen Verbum Dei incarnatum vere passum fuit/sufficienter reparata. Ista conclusio habet tres partes. Prima pars patet per S. Thomam in De Christo, questione 5, art.5 et 6; et secunda pars liquet ex hoc quod Verbum divinum non est aliquid pure creatum, et totum residuum patet ex simbolo.

(Quarta conclusio) Ultima conclusio doct. reverende est questio vestra in terminis ista, videlicet, Dominus Deus omnipotens creator et rector, cuiuslibet creature fuit incarnatus et mortuus pro humana salute, pro qua michi sufficiunt doctor et domine reverende per vos primitus allegata.

Hec doctor sunt dicta sub specie supportacionis vestre benigne.

III. APPENDIX II.

BODLEIAN LIBRARY, OXFORD

BODLEY 28.622.

(ff.37v--38v)

BODLEIAN LIBRARY, OXFORD

MS. 692

/Commendacio Inceptoris/

Fol.37v.

Propheta magnus surrexit in nobis, Lue.7 cap.

Habetur historia quod noster Salvator reprobans Phraiseos et legis peritos Judaice nacionis, assimilavit eos pueris in foro sedentibus, qui mutuo loquentes dicebant: Cantavimus vobis tibiis et non saltastis, lamentavimus et non plorastis. Glossa: nupciale carmen, ubi verbo animam spiritui caro nubit. In hiis impereiis David nos voluit benedicere dicens: Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob, sumite psalmum et date tympanum: quasi in ipso actu nupciarum positus propheta quadam letieia saltat; sed non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit michi. Sic noster inceptor in presencia hominum constitutus omnem hillaritatem ostendit non deprimens vultum, sed erigens, sibi associatos ex parte sua nititur ad solacia provocare. Sic se rotundum et facundum semper aliis prebuit, Christi doctrine in omnibus se conformans eum suis commensalibus et conviviis magis diligens delicata quam aspera seu nociva, et tamen utramque vitam magister Salvator approbat et commendat reprobans malicians Judeorum. Lue. ubi prius. Venit enim Johannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum, et dicitis demonium habet. Venit Filius Hominis manducans et bibens et dicitis: Ecce homo vorator, et bibens vinum, amicus publicanorum et peccatorum. Glossa 'venit sicud tunc ita et nunc. Utramque viam salutis respuitis lamentum ad Johannem, cantieum ad Christum. Sic Johannes tam vitam artam quam strictam ex penitencia approbat, et vitam letam et lautam ex delicierum habundancia gratificat quamvis in neutra vita in eo quod talis consistat iusticia. Et hoc innititur subsequenter in textu cum dicitur: Et iustificata est sapiencia ab omnibus

suis. Glossa 'ostendit fios sapiencie intelligere nec in abstinendo nec in manducando osse iusticiam, sed in equanimitate tollerandi inopiam, et temperancia non se corrumpendi per habundanciam. Non est regnum Dei esca et potus, quorum non usus sed concupiscencia reprehenditur. Unde ad Rom.4, 'Non enim est regnum Dei esca et potus. Glossa 'usu horum non adquiris regnum Dei sicud nec amittis, non enim usus ciborum sed concupiscencia est refrenanda, non enim interest omnino quid alimentorum, vel quantum quis accipiat, dummodo illud faciat pro congruencia hominum cum quibus vivit et persone sue et pro valetudinis sue necessitate. Unde Math.10, Non quod intrat in os coinquinat hominem. Hoc probat Apostolus Dei prius cum dicit quod omnia munda sunt. Super quo Augustinus 'non ergo immundiciam obsonii timeo sed immundiciam cupiditatis; scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset usui manducare concessum, Heliam cibo carnis refectum, Johannem mirabili abstinencia preditum animalibus quoque locustis in escam edentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticule concupiscencia deceptum, et David propter aque desiderium a seipso reprehensum et regem nostrum non de carne sed de pane temptatum. Sic ergo delicata edere et bibere seu artam vitam in penitencia ducere, in seipsis nullatenus reprobantur, sed mala concupiscencia et eiusdem prosecucio quia veritati obstant, mundicie quoque repugnant, iudicio divino dampnantur, que noster inceptor advertens in
fol. 38 seipso // omnem repressit libidinem, sic quod in omnibus actibus suis racio dominatur, delicata non respuens sed suis commensalibus recommendans et tamen studio honestatis et mundicie, equitatis et iusticie, veritatis et sciencie se fervencius occupavit. Et sic prophete officitur ultra modum quo viatores prophete communiter nuncupantur. Unde ad Rom.13 Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Sic ergo iste dominus non parvus sed magnus prophete dicitur et exstitit, non per nos repulsus sed attractus ac ex suis meritis acceptatus. Unde in persona ipsius vere dicere possum: Propheta

magnus surrexit in nobis. Unde quamvis ista verba de nostro Salvatore historialiter nunciantur, tamen nostro inceptori veraciter poterunt applicari, non solum secundum magnitudinem ppophecie spiritualis qua interius luminatur, sed grossicie preeminencie corporalis qua exterius figuratur, ergo tam statura quam figura, in nostro residens inceptore, tam genitum quam natura ipsum precellentem exprimit in valore. Sic ergo elegancia corporalis non defectivam sed perfectam ingenii et intellectus soleroiam animi et morum constanciam pronosticat et ostendit. Sic ergo ab infancia tam moribus quam scienoia quam corporis elegancia processit expressius in augmentum. Unde de ipso verificatur illud Genesis 2: 'fuit proficiens atque sucrescens donec vehementer magnus effectus est. Nec miror quia invitacionem dominicam audiens se ad convivium Dei preparavit, et ibidem admissus usque diem hodiernum a mensa Domini non recessit, sic laute passus absque expensis solum materia delectacionis et leticie occurrebat. Unde ipse totus ut cernitis incrassatur ad quem finem et effectum nos omnes omnipotens Dominus invitavit dicens Ysaie 55: 'Omnes scientes venite ad aquas et qui non habetis argentum properate, emite et comedite. Venite emite absque argento et absque ulla commutacione vinum et lac. Sic ergo noster inceptor audiens theologiam, bibens et commedens delicata in crassitudine delectatur unde ubi prius: 'audite audientes me et commedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Sic ergo noster inceptor non auditor obliviosus sed utroque testamento divinitus inspiratus in propheciis et ewangeliis excellencius luminatus. Et sic magnus propheta surrexit in nobis. Magnus utique scienoie profunditate, magnus morum gravitate, magnus corporis soliditate. Et sic magnus propheta surrexit in nobis. Propheta namque magnus quia spiritus prophecie sibi frequencius comitatur. Nam iste dominus semel in ista ecclesia predicaturus magna parte sui sermonis reprehendit seu reprobavit insolencias monachorum, nichil ex capite proprio ponens, sed solum sacram scripturam allegans, sed antequam sermonem

dixit in Spiritu positus, vidit monachos albos inter quos uti sibi apparuit residebat multum sollicitantes ut eum monachum facerent. Et tandem omnino recusant vidit beatum Bernardum scandentem equum pulcherrimum qui tenens longam virgam in manu sua istum dominum vestibus spoliatum acerrime verberavit. Sed forte hic aliquis dicet quod illa visio non fuit prophetica sed magis diabolica eo quod immerito fuit punitus, cum illa particula sui sermonis solum licita et autentica recitavit. Ad contrarium respondetur quod vera prophecia exstitit, meruit queque puniri, quia illam particulam ordiravit magis ad instigacionem aliorum quam ad edificacionem auditorum. Nec non iste dominus quasi ex consuetudine spiritum prophecie ut frequenter habuit. Sic ergo in persona sua dicere possum: Propheta magnus surrexit in nobis; magnus sciencia magnus nomine, magnus animo, magnus corpore, magnus virtute, magnus robore, maxime sciens in prophecijs nec nonin tota prophecia et maxime expertus in theologia. Et sic ex suis meritis prepheta magnus surrexit in nobis. Magnus corpore, magnus robo quod suum nomen connotat et designat quia viribus et robore rofortus, congrue nuncupatur ac de villa patrie seu de villa in patria cognominatur. Unde N.[illegible]est nostri incepti cognomen ad similitudinem maxime ville que in patria s/
fol.38v. et sic isto domino in sua patria // maior non sur. quia incrassatur, inpinguatur pro omnibus dilatatur. Et sic prophecia de beato Johanne baptista de nostro incepture secundario adimpletur. Sic inter natos mulierum non surrexit maior, scilicet, de N.[illegible] quia nec crassior nec grossior nec solidior nec rotundior, et quamvis rotundissimus non in corpore ponderosior precellens alios gravitate pretextu cuius non libenter currit, sed natare summe odit et renuit, quia iste dominus quondam natare volens sed gravitas ipsum supernatare non permisit, sed ad aque locum profudissimum quasi lapis impulit, sic quod mortem vix evasit quod satis liquebit in narranda istoria.

Iam dum socii ad balneandum in fluvio seu in stangno profundo istum dominum invitarunt et videns suos socios huc et illuc natantes sua vestimenta deposuit excepto capicio quo coronam sacerdotalem absconderet et saltare in aquam nitens ad fundum aque decidit ad quem sui socii concurrentes nostrum inceptorem vix de aqua elevarunt, quorum unus sibi dixit: Magister N..... vis tu nataro ? Ad quod noster inceptor consendit, et statim socius manum ad frontem nostri inceptoris apposuit dicens: Protende pedes tuos, et pedes suos protundens ventrem versus celum, et dorsum versus fundum aque extendit et sic manus docentis apposita fronti ipsum depellit ad aque abyssum sic quod nostri inceptoris capud super lapidem cecidit et contactus ipsius ad lapidem in coronam contigit.

Unde in corona eius satis parent vestigia et sic iste dominus ut audivi a pluribus, expirasset nisi suus socius ipsum cicius elevasset, nostrum inceptorem reprehendens: Quare incepisti natare super tergum antequam scires natare super ventrem. Ad quod noster inceptor respondit: Quare michi dixisti Protende seu pretende pedes tuos. Et sic ex defectu communicacionis linguarum fuit uterque deceptus, nec mirum quia unus merc Wallicus, videlicet, Magister Johannes N.... et alius mere Anglicus de N.....
/ oriundus, et sic noster inceptor non descendet de cetero sed ascendet de cathedra inferiori ad superiorem statum doctoratus inter doctores theologie in die Lune proximo adepturus in laudem Dei et honorem ac in profectum nostri collegii et vigorem quodam sibi et nobis concedat qui sine fine vivit et regnat. Amen.

Explicit commendacio inceptoris in Ecclesia Poste Virginis.